



**Antilogia Iacobi Schegkii Schorndorfensis, qua refellit XXVII Propositiones Seruetianae Haereseos, quibus impiè statuitur solius Patris essentia & persona Deus esse Verus exclusiue, Filius autem & Spiritus S. impiè negantur personaliter subsistere in Essentia diuina.**

<https://hdl.handle.net/1874/427033>

Antilogia

IACOBI SCHEG-

KII SCHORN DORFFEN-

sis, qua refellit XXVII. Propositiones

Seruetianæ Hereseos, quibus impiè statui-

tur solius Patris essentia & persona Deus

esse Verus exclusivè, Filius autem, & Spi-

ritus S. impiè negantur personaliter

subsistere in Essentia di-

uina.

Ia. S.

Schegkijus hæc, vanum nec honorem, aut commoda sectans

Inscripsit chartis Mystica sacra suis.

Personis trinum demonstrans Numen in Vno

Hæreticam contra disputat hic rabiem.

Quæ nisi diuinum spectans nil scripsit honorem,

Et fidei curans commoda sola piæ.

Quid refert Scriptori ignoscat Zoilus, an non?

Dum solidè doctis ista placere cupit.

MATTH. VLTIMO.

Euntes docete omnes Gentes, baptizantes in nomine Patris  
& Filij, & Spiritus sancti.

TVBINGÆ, ANNO

M. D. LXVIII.

Arbogast  
ACOBISCHTIG  
1711  
1712  
1713  
1714  
1715  
1716  
1717  
1718  
1719  
1720  
1721  
1722  
1723  
1724  
1725  
1726  
1727  
1728  
1729  
1730

1731  
1732  
1733  
1734  
1735  
1736  
1737  
1738  
1739  
1740  
1741  
1742  
1743  
1744  
1745  
1746  
1747  
1748  
1749  
1750

# Iacobus Schegkiius

pio Lectori S.



VANQVAM non ignoro, quid de hoc genere scriptorum meorum Scioli nonnulli iudicent, & quam contemptim aut malignè studium meum iuuandæ veritatis & propugnandæ veræ religionis reprehendant, nihilominus non moueor tamen vehementer iniquis illorum hominum & petulantibus reprehensionibus: atque etiã nunc ad defendendam & propugnandam omnipotentis Dei gloriam, & ad Ecclesiarum Christi veræ & orthodoxæ fidei informationem & doctrinam, quæ facere mihi videntur, lubentissimè scribo. Nuper enim cum Seruetianæ perditissimæ Hæreseos aliquot Propositiones essem nactus, quibus omnè suum virus & venenum Hæretici illi euouerunt, non potui, quin falsitatem earum quoq; Propositionum refellerem, & præterea declararem etiã (vt aliàs feci scribens contra Antitrinitarios) non modo causas erroris nefandi, sed etiã orthodoxæ fidei rationes quasdam afferrem & exponerem, quibus veritas ipsius fidei posset pro nostro captu intelligi, & sine quibus consentientes scripturas declarare, & interpretari veritatem huius mysterij nullo modo possemus. Sed quod facio, quod scribo contra hos blasphemos, id haud dubiè & Theologi, & non Theologi quidã immeritò reprehendunt, quidam autem me criminantur propter suam Philosophicarum disputationum ignorantiam, & *Philos.*

P R A E F A T I O.

*τλαρ* quandam, nonnulli etiam propter inuidiam me-  
 rodunt, quibus nihil placet profectio, nisi quod suum  
 est. Iampridem equidem exquisitum hoc genus philo-  
 sophandi & disputandi accuratè de rebus pertinenti-  
 bus ad Theologiam, à multis, tanquam inutile & im-  
 pium, insipienter & futiliter est damnatum, quia Philo-  
 sophi, scilicet, antiquitus semper acerrimè contra veri-  
 tatem religionis disputarint, & quia disputationibus  
 Theologorum Scholasticorum superstitionis & pesti-  
 feræ quædam opiniones in Ecclesiam sint introductæ,  
 & ab eisdem defensæ, quibus lumen Euangelicæ veri-  
 tatis propemodum sit extinctum, si non misericors  
 Deus his nostris temporibus nos respexisset, & tene-  
 bras illas errorum, luce veritatis depulisset Euangeli-  
 cæ. Redundat itaq; iniquissimè opinione illorum falsa  
 impietatis crimen illud à Philosophis, in philosophiam  
 ipsam: & quia Philosophi quidam impij & detestandi  
 fuerunt, ideo philosophia quoq; ipsa impia & detes-  
 tabilis quibusdam videtur esse. Insitari non possum,  
 quin tales fuerint atq; etiam nunc sint Philosophi, non  
 Philosophi quidam impij: sed tamen eisdem criminibus  
 ream agere, & accusare philosophiam ipsam, quibus isti  
 Philosophi sint obnoxij, id ego arbitror longè absur-  
 dissimum & iniquissimum esse. Philosophia enim cum  
 sit donum quoddam eximium Dei, quo, quicquid suis  
 & proprijs viribus humanus animus assequi, & quo  
 prouehi vsq; ad summam virtutem ac perfectionem sui  
 queat, Creator noster declarare voluit, vt ipse seipsum  
 noster animus, & vires quoq; suas hac facultate philo-  
 sophiæ metiretur, & quid à seipso, quid adminiculo di-  
 uini Spiritus consequi, & quousq; procedere possit, ex-  
 ploratum.

P R A E F A T I O .

ploratum haberet, quisquam ne est tam vācōrs & im-  
 pudens, qui ipsum hoc donum Dei propter se, nullo res-  
 spectu abusus, impietatis insimulare aufit? Quod si ves-  
 tō propter abutentium vitium damnare aliquid velis-  
 mus, iam nihil profectō erit, quod non modo impium,  
 sed etiam detestandum videri queat. Ac ne sacris quis-  
 dem literis & scripturis sua pietas & veritas relinques-  
 tur, siquidem impij & Hæretici ijs scripturis, vt vides-  
 mus, impiē ad se & ad alios fallendos abutantur. Quid  
 ergo est, quod pro impijs numerantur Philosophi non  
 nulli? Non certē quod Deum vt Deū cognouerint, (id  
 enim propriū erat philosophiæ) sed quod Deum vt Deū  
 non coluerunt, & quod non sunt ipsum Deum cognis-  
 tum reueriti: quod sanē ipsum non cognitionis erat, sed  
 peruersæ voluntatis & impietatis eius, quæ reprehens-  
 ditur à D. Paulo: scientia autem, philosophiæ nequas-  
 quam ab ipso reprehenditur. Et vt pauca sint quædam  
 de quibus aliter nos, quàm Philosophi sentimus, multa  
 tamen sunt, & pleraq; etiam in quibus propē eadem  
 sentiunt, & omnino veritati fidei nostræ suis quodam-  
 modo rationibus astipulantur. Quàm multa Platonici  
 de sancta Triade scripta reliquerunt, quæ præfectō ad-  
 miranda potius sunt, quàm indocto supercilio contem-  
 nenda: De hominis imperfecta & afflictā peccatis na-  
 tura, peccatoq; originis contaminata, vt vix eius pristis-  
 tinae integritatis appareat vestigium quoddam, ecquid  
 scribi potuit magis consentaneū, quàm cum Plato eam De Republica  
 comparat Glanco cuidam submerso in mari, cuius vix lib. 10.  
 agnosci species prior potuerit, propter summā cadaue-  
 ris deformitatem: Aristoteles hominis ad institutionē  
 virtutis miserē habentem & debilem naturam, paraly-  
 tico

P R A E F A T I O .

tivo corpori assimilat. Nihil puto esse quo peccatum de-  
 riginis similis & pressius adumbrari potuerit. Dein-  
 de Plato alicubi scribit, summum esse bonum hominis,  
 vt fugiat à malitia & peruersitate huius seculi, & hac  
 fuga similis fiat Deo. Quo quid magis Euangelicè pos-  
 tuit quæso dici? Aristoteles autem bonos viros à Deo  
 amari, & ipsos esse Deo curę prodidit: vt mihi profecto  
 tam insolentis contemptus philosophiæ, interdū nulla  
 alia causa videatur esse, quàm contemptorū illorū igno-  
 rantia, vt qui veram hanc & solidam philosophiam pri-  
 mis labijs, vt dicitur, nō delibarint. Quod autem Scho-  
 lasticos multa deprauasse in Theologia dicunt philoso-  
 phicis rationibus fretos, vt sanè quod dicunt negare  
 non possumus, ita philosophicè illud ab ipsis esse factū  
 concedere nullo modo possumus. Etenim philosophiæ  
 instrumentum, nempe Dialectica ars, prohibet, ne ter-  
 minos & genera scientiarum tanquam limites confun-  
 damus. Præcipit ~~Ex deo~~, ne probando de genere in  
 genus aliud disciplinæ transeamus, ne videlicet funda-  
 mentis scripturarum & principijs ( quæ sunt in Pro-  
 phetarum & Apostolorum scriptis comprehensa ) res  
 iectis & neglectis, ijs quæ nobis, id est, nostro captui  
 videantur probabilis, pro principijs Theologicis vta-  
 mur. In agro certè diuino, nempe in Ecclesia, arare in  
 boue & asino non debemus, nec vestis ex lino & lana  
 mixtis filamentis contexenda, vt à Mose præcipitur,  
 sed solo verbo Dei arandus, conferendus, & irrigandus  
 erit huiusmodi ager, si foecundum & fructuosum illum  
 esse velimus. Ergo ea, quæ similis videtur esse philoso-  
 phiæ, nempe Sophistica, & non ipsa philosophia, tur-  
 bauit pietatis & religionis fines illos, & humana cum  
 diuinis

PRÆFATIO.

diuinis, id est, cœlum cum terra indocta & impia Sophistica hæc miscuit. Imperiti homines tamen, & ignari Philosophiæ, omnem culpam erroris in Philosophiam veram reijciunt, cum ex ignorãtia potius Philosophiæ veræ quàm Scientia ipsius solida, deprauatio Theologiæ sit nata: atq; etiam nunc hodie errores nascuntur, quæ ignorantia, aut præcedentem, aut comitem habet, aut pedissequam Sophisticen, quæ mater & nutricula est errorum ac dissensionum omnium in Religione. Neq; verò acuta hæc sunt & Philosophica inuenta, quæcunq; sic in mentem veniunt quibuslibet somniis antibus Sophistis, vt speciem quandam videantur habere verisimilis, aut probabilis cuiusdam argumenti. Nam Sophistica impostura cum sit imitatrix & simia quædam philosophiæ, non mirum est, si homines indocti & nõ intelligentes discrimen Professionis vtriusq; Sophistam, pro Philosopho, & Philosophum, pro Sophista numerent, cum alioqui etiam autore Platone, admodum *δὸν ἡγεῖται τῶν σοφῶν* sit ipse Sophista, vt vix, & non nisi ab eximie doctis deprehendi possit. Quare vel hoc nomine Theologis accurate philosophandum esset, vt Philosophum & Sophistam scilicet discernere possent, & quominus etiam Hæreticorum fraudibus propter ignorantiam Philosophiæ, quæ Sophisticæ opponitur, essent obnoxij. Quare nec Arius, nec Sabellius, nec iste contra quem in præsentia scribimus, nimirum Seruetus, Philosophi, sed Sophistæ fuerunt, contra quos etiam nunc philosophicè disputamus, argutias illorum Sophisticas declarantes, philosophiæ instrumento, & eosdem extra fines Theologiæ suis fallacibus argumentis versari ostendentes. Insolentes autem illi & insidi



PRÆFATIO

uidi reprehensores, me de his rebus tanquam Philosophum disputantem ferre non possunt, partim quia optantur Philosophum omnino excludendū à disputationibus Theologicis, partim quia censent his accuratioribus disputationibus turbari simplicitatem Fidei, quippe talia esse in Sacris, ut quæ credenda duntaxat, nullo modo autem argumentis probanda aut confirmanda esse videantur. Primum, Hæreticos non simpliciter quidem negare Fidem, sed eos fallacibus, & vanis Sophismatibus deceptos à vero aberrare videmus: At Sophistæ, Philosophum opponi paulò antè est demonstratum. Proinde ut Sophista non patitur se certo genere Insipientiæ circumscribi, sed communis quodammodo est Erro & Impostor, ita nec Philosophus Erroni Sophistæ sese opponens, alicuius certæ professionis & Scientiæ cancellis est sic inclusus, ut non omnibus disciplinis, si necessitas postulet, suppetias ferre possit. At accuratorem & ἀκριβειαν, id est, subtilitatem in disputando simplices illi in Philosophia ferre nō possunt. Nam subinde κορυζαν, id est, muscum narium acrimonia hæc ipsis mouet, & alioqui, ut Aristoteles alicubi inquit, ἀπειλαιὸς ἐστὶ ἀκριβὲς, ἢ ἄλλ' ὅτι μὴ δυνάσθαι σωφιστικῶς, ἢ ἄλλ' ὅτι τὴν ὁμιλίαν μικρολογίαν ἀνελεύθερον ἐδοκίμησεν εἶναι, id est, molestat quosdā accuratio disputationum, vel quia complecti animo non possunt quod demonstratiuè explicatur, vel quod putant illiberale esse sic omnia ad calculum reuocare, ut omnium exquisitissima ratio reddatur. Et non mirum certè est, si populares illi popularibus delectentur. Suum cuique profecto placet, quamobrem patiantur etiam me delectari meis studijs, quæ per omnem vitā colui. Quòd si odiosius

Simplices in Philosophia, non possunt ferre acrimoniam rationum, & disputationum.

P R Æ F A T I O.

si odiosius me reprehendere pergant boni illi viri, non dubitabo illos tanquam præuaricatores habendos & reprehendendos, vt qui cum istiusmodi Hæreticis Sophisticis colludant, siquidem molestum ipsis est, si refellantur grauioribus disputationibus, & exquisitiõibus si confutentur quibusdam argumentis. Dolus enim & præuaricatio est, clam opitulari aduersario, aut si non nolint aduersarium vinci, sed dubitent de victoria, diffidentia certè signum est, si propriam causam firmis & irrefragabilibus rationibus non existiment defendi posse, aut oportere, qua diffidentia non minus certe quam præuaricatione Fidem ipsorum periclitari contingit. Quamobrem si de his rebus aut impie, aut ἀλόγως me scripsisse censent, rectè facient isti homines censorio supercilio præditi, si non obtrectando, sed argumentando, nostrorum scriptorum falsitatem aggrediantur refellere, modo rectè ista intelligant quæ scripsi, & à Sophisticis calumnijs sese abstineant.

B Iacobi

# IACOBI SCHEGKII DECLARATIO EARVM causarum, quibus Antitrinitarij in suos errores inducuntur, & rationum quoq; expli- catio, quibus Orthodoxa veritas defendi- tur.



VVM MALIGNVS ILLE EC-  
clesiæ Christi hostis ( vt quotidiana nos docet expe-  
riencia ) subinde veterum hæreseon Camarinã mo-  
uere, & plausible quibusdam humana rationis  
argumentis simplicioribus fucum facere molitur,

præsertim caput ipsum nostræ sacre Religionis petendo, dum vi-  
delicet per sibi deuinctos & mancipatos impios homines, aliàs vni-  
tatem Essentiæ diuinæ in tres essentia discrepantes Deos distrahit,  
aliàs Trinitatem personarum argumentando labefactans, non ni-  
si vnum Essentia & Persona Deum patrem astruit, arbitratus  
certè sum me operæ pretium facturum aliquod, si verisimilia hæc  
ambarum hæreseon argumenta contrà disputando, & falsitatem  
illorum declarando non tam Theologicis quàm Philosophicis, &  
Theologia consentaneis quibusdam rationibus ipsa refellerem.  
Nihil est quidem quod aequè decipiat ( autore Platone ) atq; veri-  
similitudo. Deinde si quid videatur impossibile, nempe cōtradictio-  
nem implicans, Falsitas eius permutari Vero hac demum ratione  
censetur, qua id quod dicitur, si non amplius appareat Contradi-  
ctio esse obnoxium. Verbi gratia, verisq; modò commemoratis  
Hæreticis videtur impossibile esse, vt vnum, sit tria, aut vt Tri-  
sine

Similitudo præ-  
cipue fallit.

## Antitrinitar. Seruetianos.

3

sint vnum . Id ipsum quidem respectu Vnius atque eiusdem si di-  
 catur , aut intelligatur , haud dubie pro impossibili falso habend-  
 dum . Nam impossibile est , vt vnum essentia , nihilominus sit  
 multa per essentiam , aut multa numero , vt nihilominus sint vnum  
 numero . Deinde ambæ hæreses Antitrinitariæ in eo consentiunt ,  
 quòd personæ vocabulo , seu hypostases , significetur videlicet vna  
 ad numerum Substantia , quam Dialectici appellant τὸ δέ τι , quod  
 τὸ δέ τι seipso subsistens , est incommunicabile quiddam , qua ratio-  
 ne videlicet , neq; prædicari de aliquo incommunicabile potest , nec  
 in aliquo , vel tanquam accidens , vel tanquam pars rei vel essen-  
 tia alterius ex materia & Forma compositæ esse potest . Qui Pa-  
 trem , Filium , & Spiritum S. essentialiter diuisos statuunt , nitun-  
 tur hoc argumento , quo manifestum aliàs sit , in Creaturis perso-  
 naliter discretas , seu ad numerum discrepantes substantias , non  
 posse esse vnã numero Substantiam , quo errore personarum Tri-  
 nitatis quidem conseruatur , sed vnitatis Essentiæ perimitur . Ei op-  
 posita est hæc Seruetiana hæresis , quæ dum Vnitatem diuinæ Es-  
 sentia propugnat , ne cogatur fateri eam personis diuisam esse  
 ( quas & ipsi ( si essent personæ ) fatentur essentialiter discretas , qua  
 ratione nimirum persona sit aliquid τὸ δέ τι , & vnum numero exi-  
 stens ) solum Patrem essentialiter & personaliter Vnum Deum di-  
 cunt esse , Filium autem , & Spiritum S. Personas esse negant , sed  
 eas in qualitates & virtutes quasdam in persona patris , tanquã  
 in Subiecto quodã inhaerentes appellant . Isti verò hoc modo sese ve-  
 ra & possibilis consentanea q; de Deo dicere arbitrantur . Nos ar-  
 gumentorum autem illorum falsitatem aliàs confutauimus : prio-  
 ris quidem Sectæ errores libris duobus , quos contra Antitrinita-  
 rios scripsimus , posterioris autem , hac Antilogia præsentè impie-  
 tatem confutabimus . Proinde fundamentum vtriusq; Hæreseos  
 est , quòd putant , Personas , & Hypostases , duntaxat appellari ,  
 quia numero Substantiarum ( vt creatæ personæ ) inter se diffe-

Fundamentum  
 erroris Antitri-  
 nitariorũ , quòd  
 videlicet putãt,  
 Vnum , nõ posse  
 se tria esse , &  
 Tria , non posse  
 vnum esse .  
 Antitrinitarios  
 rum hæresis .

Serueti hæresis.

rant, qua nimirum significatione in Creaturis hæc vocabula usurpamus, in Sacrosancta autem Trinitate nequaquam, quæ aliqua quidem ex parte similis, sed creaturis eodem modo se habens penitus, ne coniectura quidem aliqua fingi potest. In Sancta igitur Triade producentium & productorum in Vna diuinitatis essentia differentias, personas Essentiæ diuinæ appellamus, propter eam quod tanquam persona, & tanquam τὸδε τι quoddam, vna persona in diuinis de alia non prædicetur, neq; vna persona alteri insit, vel inherereat, vel tanquam accidens quoddam, vel tanquam pars quædam constituens ipsam sit. Qua ratione, ipsius τὸδε τι, neq; materiam, neq; formam, simpliciter quiddam ὑποκείμενον, sed ipsius, per se Tertio modo, subsistentis seu ὑποκείμενης essentiæ partes constituentes esse dicimus. Incommunicabilis hoc modo similitudinis Pater est, item Filius, item Spiritus S. Nam nec pater, de filio, nec filius de Patre prædicatur: nec Filius, tanquam accidens patri inhereret, nec pars est patris, essentiã constituens ipsius, cum origine sit posterior patre Filius, posterius autem non constituat prius. Propter iam dictam causam, tria hæc, in Diuinis seipsis dicuntur personaliter, id est, incommunicabiliter differre, sed non vt Petrus & Paulus differunt, & nihilominus causa Vnius tanem Essentiæ, nõ tam communicare, quàm aliquid Vnum simpliciter esse dicuntur. Ex quo sequitur, vt Pater, Filius, Spiritus S. non essentialiter, sed dumtaxat personaliter (non eo modo quo corporeæ creaturæ) differant. Hanc Personalem differentiã Scholastici Doctores, Realem differentiam appellant. Et quia Essentiã diuinã tribus his personis communicabilis est, quæuis autem personarum est incommunicabilis, iccirco, non penitus eandem rationem & definitionem cum habeant Essentiã, & Persona, ob id Formaliter personam ab essentiã differre Scholastici dixerunt. At formaliter differunt secundum Scholasticos, ea quorum Vnum de alio causa essentiæ quidem potest prædicari, vt Animal de Homine, sed nihilominus contradicentia

Quid sit cum  
persona à perso-  
na dicitur Reali-  
ter discrepare.

## Antitrinitar. Seruetianos.

*prædicentia prædicata enunciari de verisq; possunt, ut posse dormi-  
 re, & vigilare, primò & per se dicitur de Animali, sed non pri-  
 mò & per se, dicitur de Homine. At contradicentia sunt quedam*

*prædicata, primò & per se prædicari, & Non primò & per se præ-  
 dicari. Sic de Essentia Dei verè dicitur, quòd sit communicabilis,  
 non autem verè dicitur de persona, quòd possit communicari, sed  
 eius contradictorium verè de persona dicitur, qua ratione Essen-  
 tiam diuinam, & personam, Formaliter, & non Realiter differre  
 inter se dicimus. Fundamenta hæc sunt veræ & orthodoxæ dispu-  
 tationis, quibus defenditur Vnitas Essentia, & Trinitas persona-  
 rum: quæ cum non intelligant Antitrinitarij, impossibile arbi-  
 trantur, si quis dicat, Vnum, esse tria, & Tria, esse vnum. Quæ  
 porrò impossibilia sequantur, si quis per essentiam diuisas tres per-  
 sonas Diuinitatis dixerit, in Libro contra Antitrinitarios de-  
 monstrauimus. Deinde quàm impossibile sit dictu, si peremptis dua-  
 bus personis, Filij scilicet, & Spiritus Sancti, statuatur quispian &  
 defendat pro Deo vnicam duntaxat patris, & Essentiam, & Per-  
 sonam habendam, ( ut blasphemij faciunt Serueti sectatores ) hæc  
 præsentè Antilogia planum fecimus. Reliquum est, ut doceam-  
 us orthodoxam de Sancta Trinitate sententiam, non modò non  
 esse impossibilem, sed causa veritatis esse necessariam & adaman-  
 tinam, ut quæ nec scripturis sacris, nec rationibus vllis veris op-  
 pugnari possit. Vnum, causa essentia, esse Deum, constat inter om-  
 nes, qui religionem aliquam profitentur: & saniores etiam Philo-  
 sophos ita sensisse certum est, qui vnum duntaxat omnipotentem  
 Deum esse dicunt. Consentiunt hæc in parte cum Christianis Iudæi,  
 Turce, Seruetiani etiam, sed Antitrinitarij ( qui tres Deos es-  
 sentia discrepantes defendunt ) ab his omnibus dissident. Vnum esse  
 omnium principium, vel ex eo esse euident, quod ab Vno, multitu-  
 do omnis pender, & ad Vnum, Multa, tanquam ad Finem referri  
 solent. Sic quodam in loco scribit Aristoteles ( ut lib. 5. de genera-*

*Quæ ratio sit  
 quòd persona  
 ab Essentia diuis  
 na dicatur for-  
 maliter differre.*

*Quid sit esse  
 principium.*

tio. animal: ) illud esse Principium, quia scilicet quatenus  
 Vnum, causa potest esse multorum. Deus igitur Creator & Prin-  
 cipium Vniuersorum, Vnus esse essentia, nec plures Vno essentia  
 possunt illo modo esse. Experimur in ipsa rerum natura Vnam  
 per Essentiam, Animam, tam multarum corporis, & variarum  
 partium informatricem esse, & omnibus vitæ energijs ( quæ tot  
 sunt numero, quot singularum energiarum seu actionum instru-  
 menta ) obeundis & administrandis efficacem. Non posse plures  
 Animas vna & singulari quadam in corporibus Animatis esse,  
 docet alicubi Aristoteles, & harum quidem rerum rationes &  
 demonstrationes studiosi ex philosophia discere debent, & etiam in  
 hac sese exercere, priusquam ad tam sublimium rerum contem-  
 plationem accedant. Sed plerique nostro tempore in id maxime &  
 præcipue incumbunt, vt procudant linguas suas, nõ vt aciem men-  
 tis & ingenij Philosophiæ studio acuant. Ex his quæ diximus stri-  
 ctim & breuiter, liquet, Vnum esse Deum essentialiter creatorem  
 & conseruatorem omnium: sed num possit hæc Vnitas particeps  
 esse cuiusdam Trinitatis, nondum liquet. Inter Philosophos, quo-  
 rum summa eruditio, & in perspicendo vero summum acumen ce-  
 lebratur, præcipui sunt Aristoteles & Plato. Quorum ille Vnum,  
 sed nõ Trinum Deum, hic vero Vnum, & Trinum Deum, confes-  
 sus esse, cuius etiam sententiam in libro contra Antitrinitarios  
 breuiter perstrinximus. Proximũ est, vt quomodo tribus his se ha-  
 bentibus Vnitas Diuina essentia definatur, rationibus quibus  
 possumus, adumbremus. Tria hæc vnus Essentia Dei neq; esse,  
 neq; dici possunt Accidentia, cum neq; ex materia, & forma, neq;  
 ex subiecto, & accidentibus compositum quidam Deus esse possit.  
 Principium enim neutro istorum modorum potest esse compositum,  
 sed respectu materiae, & respectu Accidentium habetur Di-  
 uina essentia pro simplicissimo, & nequaquam pro ex alterutro ho-  
 rum compositio quodam. Diuinitas itaq; seu diuina essentia consti-  
 tuitur

Vnitatis pro-  
 batio.

Trinitatis  
 ratio.

eretur nequaquam neq; partibus iam dictis, nec partibus etiam, in quas totum corporeum causa quantitatis diuiditur. Sed quæres, Quomodo igitur Essentia Dei trina est, si diuidua non est, & partes nullas habet? Respondemus. Ipsam quidem per se  $\nu\tau\ \tau\acute{o}\delta\epsilon$   $\delta\epsilon\lambda\ \text{quoddam}$ , Diuinam essentiam, Partibus essentia suæ indiuiduam esse, quandoquidem Essentia Dei sit quoddam  $\delta\lambda\omega\varsigma\ \delta\lambda\omega\varsigma$ , & Spiritus scilicet atq; corporis expers Substantia quaedam vna sit, nihilominus tamen per & propter Differentias quasdam essentialis, nempe respectu rationis & Definitionis, qua intelligitur Deus, QUID sit, partes quasdam habere Essentia dicitur, (quibus, aut cuiusmodi partibus,  $\delta\lambda\omega\varsigma\ \delta\lambda\omega\varsigma$ , nequaquam diuiduum est essentialiter) quas differentias Essentia Vnius Dei orthodoxa Ecclesia Personas appellat, seu Hypostases, quarum causa trina Personis appellatur vna Dei essentia. Plato, in Diuina essentia, partes illas  $\delta\psi\ \lambda\acute{o}\gamma\omega\varsigma$  non essentia discrepantes, nominat  $\delta\upsilon\omega\acute{\alpha}\mu\epsilon\tau\epsilon\varsigma$ , propter Omnipotentia personarum scilicet efficaciam. Aristoteles Anima  $\delta\upsilon\omega\acute{\alpha}\mu\epsilon\tau\epsilon\varsigma$ , partes ipsius Anima appellat, in quas tamen Anima non nisi  $\tau\acute{\omega}\ \lambda\acute{o}\gamma\omega\varsigma$  diuidua existat, aliàs ipsam Animam esse expertem diuisionis Substantiam inquit. Vna igitur est Anima Hominis essentia, sed nihilominus quatuor ipsius sunt  $\delta\upsilon\omega\acute{\alpha}\mu\epsilon\tau\epsilon\varsigma$ , realiter discrepantes inter se, vt quarum vna, de alia non possit prædicari, (differentes scilicet definitionibus) & quarum vna, alteri non accidat, nec vna, alterius pars essentia existat, & simul omnes, nihil aliud sint quàm tota Anima essentia, quarum vnaquæq; nihilominus à tota Anima formaliter differat. Quid sit Formaliter differre, paulò antè est dictum. Quæ sic comparata sunt, vt vnius essentia, possit esse sine alterius essentia, differre dicimus hæc essentialiter, vt materia, potest esse sine forma, & Subiectum, sine accidente, & compositum ex materia & forma, hoc sine illo, vt Petrus sine Paulo. Ex his ergo quæ diximus, perspicitur, indiuiduam secundum Essentiam esse diuinam & adorandam Trinitatem, & nihilominus

Quomodo Essentia diuina dicitur Trias.



nihilominus rationibus potentiarum omnipotentum diuiduam, quas tres omnipotentias hypostaticas D. Paulus his expressit verbis, A quo (patrem appellans) per quem (filium nominans) in quo, Spiritum sanctum, significans, his nimirum  $\delta\omega\delta\mu\epsilon\tau\alpha$  tribus

Qua ratione Vnum omnipotentem vnum essentialiter Deum IEHOVA definiens. Realiter differunt haec inter se hypostatica Omnipotentia, formaliter autem singula ab Essentia differunt, de qua praedicantur, essentialiter autem sunt vna diuinitas, & simul omnes, vnus Deus Omnipotens. At inquires, quomodo vnus Omnipotens erit, & nihilominus tres Omnipotentes  $\delta\omega\delta\mu\epsilon\tau\alpha$  erunt? Ratione essentiae, non est nisi Vnum omnipotens, sed ratione personarum plures, quarum Essentia licet sit vna, tamen Esse earundem non est vnum. Alia enim ratione Pater est Omnipotens, & alia Filius, & alia Spiritus S. Et omnipotens pater per omnipotentem filium, & in omnipotente Spiritu omnia facit & gubernat, quia scilicet pater nihil facit sine Filio à se genito, & ambo nihil faciunt sine Spiritu ab vtriusque procedente. Omnipotens autem pater dicitur, quia non modo est, à quo sunt omnia condita, sed etiam quia omnipotentem Filium in sua essentia genuit, & simul cum Filio omnipotentem Spiritum propagauit. Ita Filius quoque Omnipotens dicitur, non modo quia sit, per quem sunt omnia condita, sed etiam quia sit ab omnipotente Patre generatus, & omnipotentem cum patre Spiritum de se producat. Similis ratio Omnipotentiae quadrat etiam Spiritui Sancto. Tres igitur sunt, sed non vnus rationis Omnipotentes Personae, & vnus tamen est simpliciter Essentia omnipotens Deus, qui aliud nihil est, quam tres illae simul essentialiter iunctae hypostaticae omnipotentiae. Tres essentia discrepantes omnipotentes esse non possunt, nec tres eiusdem rationis, vt tres Patres, aut tres Filij, aut tres Spiritus S. in vno enim quouis est omnis perfectio, & sui modi Hypostatica perfectio summa, & omnipotentia, quae non in multis est eiusdem conditionis omnipotentibus, quoniam infinita potentia in

Qua ratione Vnum  
num, sit Tria, &  
Tria, sint Vnum.

In quouis Gene-  
re perfectissimo  
nihil potest ad-  
numerari seu  
 $\sigma\omega\delta\mu\epsilon\tau\alpha$   $\delta\omega\delta\mu\epsilon\tau\alpha$ .

Antitrinitar. Seruetianos.

9

tia in multa omnipotentia eiusdem rationis, diuidua non est. In-  
 finito enim cuiq; & omnipotenti, suo & singulari modo, nihil potest Non possunt  
 adnumerari, quo sit infinitius, aut quo sit Omnipotentius. Sed qua- eiusdem ratio-  
 ritur, Qui sit ut Pater solus non sit omnibus modis omnipotens, & nis plures esse  
 ipse vnus non sit, à quo, per quem, & in quo omnia sint condita? omnipotentes.  
 Libet hoc loco mihi pie Philosophari, & Philosophando nonnihil fi-  
 dei nostræ arcana & mysteria illustrare: nec aliena hæc est à Theo- Quamobrem  
 logia disputatio, ut quæ non destruat, sed confirmet quæ in Theo- Omnipotentia  
 logia pie creduntur. Si natura (inquit Aristoteles) sui ortus ali- Dei non sit per-  
 quod habuit initium, & Vniuersum illud à quodam est conditum, sonaliter vna.  
 à Casu aut Fortuna ( ut Democrito & Epicuro visum) procreari Arist. Meta. ii.  
 ipsum potuisse nequaquam est consentaneum, sed Intellectus di-  
 uinus ipsius effector & Architectus erit. Id ipsum quoq; ante A- Mentem diui-  
 ristotelem visum fuit Anaxagoræ Philosopho, qui Mentem diui- nam & creatri-  
 nam omnia in ordinem adduxisse scribit, quæ propter Chaos (quod cem omnium  
 ipse appellat  $\alpha\alpha\mu\upsilon\gamma\lambda\epsilon\upsilon$ ) fuerint confusa & abstrusa. Quò respi- ex necessitate  
 ciens Aristoteles quoq; Intellectum ante omnem naturam præ- præfuisse,  
 fuisse dicit, quo nomine ipsum quoq;  $\pi\epsilon\omicron\upsilon\gamma\epsilon\upsilon\sigma\alpha\tau\omicron\upsilon\tau\omega\upsilon\ \tau\eta\ \alpha\pi\alpha\rho\tau\omega\upsilon$ , Aristo. lib. i. de  
 id est, natum ante omnia appellat. Scriptura primogenitum om- Anima,  
 nis creatura nominat, Plato Patrem huius primi Intellectus in  
 hac Trinitate nominat in Philebo  $\nu\sigma\pi\gamma\epsilon\upsilon\sigma\lambda\omega$ . Ergo prima Mens prima, &  
 Mens, primusq; Intellectus, nempe Diuinus, & in sacris, & philo- sacris & Philo-  
 sophorum etiam scriptis genitum quiddam dicitur esse. Sed ma- sophicis scriptis  
 tantum cum sit omnipotens Essentia, nempe diuina, in ea nasci o- genitum quid-  
 mnipotentem Intellectum & Sapientiam oportuit. Cuius modi ge- dam appellatur.  
 nerans sit potentia istius Intellectus ( quem scriptura appellat Dei Quinam aut  
 $\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon$ ) aut quo nam patre generetur, siquidem genitum quiddam qualis pater sit  
 est, quaritur? Quia Intellectus ille Diuinus est, Vnus, omnia, huius genitæ  
 & prima omnium Idearum atq;  $\nu\omicron\alpha\tau\omega\upsilon$  multitudo, fieri nequit, Mentis.  
 quin multitudo hæc omnium  $\nu\omicron\alpha\tau\omega\upsilon$  propagetur ab VNO quo-  
 dam simplicissimo, hac ratione, qua necesse est omnis multitudinis  
 C principium

principium esse Vnitatem. Quid ergo est simplicius Mente, & quò Mens omnia, siue intra se manens, siue extra se progrediens & quasi prominens tanquam ad Finem vltimum referat. Quid ni bonum ipsum & ἀγαθὸν καὶ ὄντιον sit? In his quæ Sunt, & quæ causa Mentis simul omnia Esse dicuntur, nonne mensura hæc est cuiusq; Essentia, qua intelligimus quamq; rem melius esse, ipsam Esse, quia sit, quàm non Esse, & hæc non Esse, quæ melius sit non esse, quàm esse? Essentiarum ergo fons & origo est ipsissima Bonitas.

Ipsissima Bonitas, patria est  
 ἰψήσσιμα βονίτας, patria est  
 ἰψήσσιμα βονίτας.

At principium omnis Essentia, paulò antè, Intellectum seu λόγον diuinum diximus esse, ipsumq; Vnum esse omnia ὄντα νοητά, & hac ratione primogenitum omnis creaturæ appellari, nec non etià principium. Nam multitudo creaturarum reuocatur ad vnitatem primæ mentis, & prima mens, ad simplicius in Diuina essentia Principium reuocatur, nempe ad ipsam Bonitatem. Nam ἀπὸ ἀγαθὸν, à quo sunt omnia ὄντα, & ad quod ipsum omnia referuntur, pater & origo est huius principis Intellectus, & per se quidem Ipsum BONVM ὑπὸ βονίτας & ἀγαθὸν quiddam est, & sine filio à se propagato non cognoscitur primum & ingenitum Bonum, ( vt sine splendore suo non est conspicuus Sol ) à quo productam energiam, Filium & λόγον patris appellari aliàs docuimus. Similitudinem productionis huius considera quæso in nostro intellectu. Agens, & simplex, seu separabilis ab Homine intellectus, nonne Logicum intellectum in Anima nostra producit, ratione essentia animæ sibi vnitum, & quem etiam adminiculo φαντασμάτων Logicis notitijs informet gignens in ipso patiente tales Logicas notitias? cuius tamen Agentis energia intelligendi, multo sit patientis simplicior, quam tamen agens intellectus energiam prestare non possit, quàm diu viuit in corpore, quum videlicet propter compositionem hanc cum vita corporea non possit esse agens Intellectus ὁλοκλήρως. Sed de his aliàs multa diximus. Similitudinem hanc proposui, vt intelligamus, in Vna essentia Intellectus animæ quomodo

modo Lumen Intellectus patientis producat de Lumine Intellectus agentis Mens secunda, qua λόγος dicitur, quomodo propagetur de mente prima, qua ut secunda mens λόγος seu λογική dici non consuevit. At in humana Anima, uterque quidem Anima intellectus, σοφία δυνάμει, sed in diuinis, uterque σοφία ἐν ᾧ γένηται dicitur esse. Proinde sub ratione Bonitatis, Primus intellectus secundum gignit intellectum, nempe λόγος θεός, ut in Epinomide ipsum appellat Plato. Bonitas ipsa omnium Idearum, id est, Secunda mentis (qua λόγος τῆς ψυχῆς dicitur) pater & origo existit, qua patria origo tamen secunda Mentis generatrix, Intellectus proprie non dicitur, cum sit ὑπὸ σοφίας quiddam Pater gignens, & quodammodo μὴ ὄν, cum sit videlicet supra omnia ὄντα principium scilicet τῶν ὄντων, nempe primum producat Intellectum, qui est omnia ὄντα νοῦν. At horum quae gignit omnium & producat, ipse pater quidem nihil est. Pater enim, non est Filius, id est Intellectus à se productus, sed gignit Filium, omnium eorum quae creabilia sunt, Primogenitum, per quem omnia sunt condita, cum ipse Filius sit omnium eorum quae creata sunt, prima & Idealis essentia, per quam videlicet omnes essentiae rerum sunt conditae, quae sunt extra essentiam diuinam à Deo creatae per genitum sed tamen increatum patris Intellectum seu λόγος. Ut ergo ad Vnum Finem, id est, ad Bonum ipsum omnia ὄντα, ratione ordinis, aspirant, ita ab Vno, nempe primo & ipsissimo Bono, per Intellectum, seu λόγος ab ipso genitum, omnia sunt initio creata, quod similitudine hac representare licet. Artifex, seu Politicus, primum concipit animo Boni ipsius, cuius est expectans, perfectissimam Ideam, quae vna est & simplicissima. Postea cogitatione sua explicat omnia haec quae sunt multa & varia, pertinentia ad constitutionem huius primae Ideae, quorum omnium intelligentiam intra se gignit primaria ipsius Finis & Boni notitia. Ut si Iustitia, sit Finis Politici, respectu illius finis & boni intra se cogitando explicabit Poli-

Quomodo BO,  
NVM, per In-  
tellectum omnia  
faciat.

Processus Spiritus S. qualis.

ticus omnes res & Ideas in quibus possit habere locum Iustitia. Similitudine hac utcumq; à nobis cernitur, quomodo Bonum ipsum, seu  $\alpha\upsilon\tau\acute{\alpha}\nu\tau\omicron\upsilon\sigma$ , origine (non tempore) precedat  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\upsilon\varsigma$  in Divinis. Nunc de Spiritu quoq; Sancto dicendum aliquid est, quomodo videlicet procedat ab utrisq;. Boni hæc vis & natura est, ut se se longè lateq; proferat & profundat, nihil enim liberalius est, nihil redundantius aut profusius (ut sic loquar) ipsa summa Bonitate, ut quæ primum, & ab aeterno, (nam in aeternis idem est Esse & posse esse) intra se, nempe in Essentia sua produxerit omnium eorum quæ sunt, Ideas, primâ videlicet Mentem (quam scilicet  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\upsilon\varsigma$  Dei Patris, scripturæ sacræ appellant) generando. At produciendo in sua essentia  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\upsilon\varsigma$ , tanquã  $\alpha\pi\alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\sigma\mu\alpha$  quoddam sue bonitatis ipsum gignendo, non omnes numeros Bonitatis explevisset Divina essentia, Patris, & Filij Personis descripta, nisi Pater cum Filio suo in communi Essentia talem potentiam omnipotentem produxissent (nempe Spiritum suum,) qua possent etiam creandis rebus omnibus quodammodo extra suam essentiam creando procedere, quantumvis intra se nihilominus immobiliter &  $\alpha\delta\alpha\epsilon\mu\alpha\upsilon\tau\acute{\iota}\tau\omicron\varsigma$  subsistant tres illæ Hypostaticæ Omnipotentia, quas nos personas & Hypostasas Divinitatis appellamus. Itaq; Spiritus S. potentia est, à Patre & Filio procedens, qua potentia videlicet infinita Bonitas, & Sapientia infinita, extra suam quodammodo essentiam creandis, gubernandis, & conseruandis omnibus rebus efficaces sunt. Rursus similitudine Animæ nostræ declarabimus quod volumus intelligi. Mens nostra, sua energia non procedit extra, sine Potentia Animæ, quæ, quamvis & ipsa sit incorporea, tamen nihilominus constituendo & conseruando corpus animatum quodammodo extra se procedit. Plato Spiritum Dei Sanctum Animam Dei appellat, quæ procedens à Patre & Filio, potètia sit quædam creandis, cōseruandis & gubernandis omnibus efficax. Consideremus nostrum Intellectum, cuius una vis & potentia est efficiens, id est,

Plato in Philebo.

id est, à qua & altera Patiens, id est, per quam intelligimus omnia.  
 Verisq; his facultatibus Anima nostra omnia δυνάμει νοῦτῶ facit  
 actu νοῦτῶ. Sed quomodo? Nonne per potentiā ab ipsis procedentem,  
 qua Anima nostræ est propria, nempe per Phantasiā, in qua  
 tanquam speculo, relucent omnia quæ sunt δυνάμει νοῦτῶ, nempe  
 φαντασμάτων rerum. Adnuculo istius potentiæ, ambo hi Intel-  
 lectus, Agens scilicet, & Patiens, creant in Anima omnium in-  
 telligibilium Ideas, seu νοῦτῶ εἰδῶ. Sic Spiritus Dei, est omnium  
 rerum creabilium δυνάμει νοῦτῶ & procedens à Patre & Filio Idea,  
 cuius vi & potentia ab ipsis procedente procedunt ambo ad omni-  
 um creaturarum visibilium, & invisibilium creationem conserva-  
 tionem, & gubernationem. Omnem vim & potentiam creandi res  
 omnes Pater, & Filius, cum Spiritu suo sancto (cum quo sunt es-  
 sentialiter iuncti, & vnus Deus sunt) communicant, cum ipso enim  
 creant, & in ipso omnia creata subsistunt, omnipotente scilicet à Pa-  
 tre & Filio procedente Spiritu sancto. Alia sunt aliās dicta. Sed  
 opinetur fortassis quispiam, quandoquidem suprema quedam sit  
 perfectio Deus, perfectissimum tum demum fore Patrem, si vnus  
 existens seipso sit omnes istæ tres productionibus discrepantes om-  
 nipotentia, nempe summa bonitas, summa sapientia, summa poten-  
 tia. Respondemus. Ostensum suprā esse tria hæc ordine & origine  
 inter se discrepare, & summa Bonitatis esse, vt ipsa in sua essentia  
 producat Sapientiam, & vt ambæ producant potentiam proceden-  
 tem à se omnium creatricem. Cum enim Sapientia Dei sit omnium  
 eorū, creata quæ sunt, principium, prima scilicet Mens seu primus  
 Intellectus, & vna sit producentis Dei Patris ratio & origo, pro-  
 ducti etiam vna omnium quæ s vnt in principio, id est, Deo Fi-  
 lio, simplicissima sit autē producat scilicet, & ipsa BONITAS,  
 sequitur, vt Sapientia sit respectu Bonitatis productum quiddam,  
 perineatq; productio hæc ad Bonitatis perfectionem, vt Bonitas  
 ipsa tanquam Lux quedam, huiusmodi ἀπὸ νοῦτῶ Sapientiæ

sua tanquam tubar quoddam producat. Solis enim perfectio est,  
 radij ab ipso diffusi ( qui sunt omnium visibilium actus & energia  
 quaedam) quos si non propagaret, ne lucis Sol quidem haberet ap-  
 pellationem. Ita Bonitas, si nō propagaret de se λόγος, non tantum  
 imperfecta ipsa sed etiam nulla esset, siquidem perfectionis propriū  
 sit, principium esse alterius perfectionis. Perfectionis autem est,  
 si summa perfectio, summam perfectionem aliam de se producat.  
 Nam quod nihil producit, infirmū & inefficax est, ut Materia  
 prima infirmissima & inefficacissima est. Seruetus autem λόγος  
 illum, non in Patris essentia, sed in patris Hypostasi productum di-  
 cit tanquam Qualitatem quandam, & Virtutem perficientem  
 producens ipsum. Ergo si λόγος seu verbum non est ipsum per  
 se hypostasis diuina quaedam, sed in Hypostasi patris productū quid-  
 dam, Accidens nimirum quoddam sit oportet. Nam ipsum in se-  
 metipso tanquam Subiecto perfectionis suae nihil producit, quod  
 pars sit essentiae suae, quatenus subijcitur perfectioni huic ut τὸ δε-  
 ρι. Alioqui ipsum seipsum posset quidpiam producere, quo nihil est  
 dictū absurdius. Nam quod potest partem essentiae suae produce-  
 re, potest etiam totam essentiam producere sui ipsius. Proinde  
 productus λόγος si sit Accidens Patris, seu Qualitas quaedam,  
 qualis est λόγος Animae nostrae qualitas facultate mentis pro-  
 ducta, sequitur, ut Pater Bonitas ipsa, non sit seipsa summa per-  
 fectio, & ut perfectio eius, sit creatura, siquidem Accidens omne,  
 non tantum creatura est, sed etiam creatura quiddam posterius.  
 Cum ergo Pater nec sit ipsum Verbū, nec Verbum ei tanquam pro-  
 prietas quaedam insit ( alioqui dicendū esset, Patrem esse incarna-  
 tum, & propter Verbum quidem. Nam proprio, sine Subiecto pro-  
 prij, nihil potest accidere, ut si Animae proprium est, ut possit  
 in corpore resurgere, actum scilicet illius potentiae ipsi animae ad-  
 scribemus, propter potentiam, & non ipsi per se potentiae huic tan-  
 quam proprio Animae primo, aut secundo modo per se, sed, per se,  
 quarto

Serueti error  
 quum productū  
 λόγος, qualita-  
 tem patris ap-  
 pellat,

Verbum nec est  
 ipse Pater, nec  
 proprium Pa-  
 tris, nec accidēs  
 Patris.

quarto modo, quo, per se, significat, propter ipsum inesse dicemus) Postremo cum nec Accidens etiam patris, λόγος esse possit, ut nunc est probatum, sequitur ut λόγος Dei sit quiddam seipso in Essentia subsistens, non essentia diuersitate à Patris essentia discrepans, sed subsistentia ratione, qualem differentiam aliàs Anima differentijs potentiarum adumbravimus, Personalem ipsam appellando. Ergo, inquires, Bonitas ipsa, nõ erit sapiens, & potens, aut non erit etiam ipsa summa sapientia, & summa potentia? Respondemus, His omnibus vocabulis significari etiam, sed non tanquam Synonymis patrem, nisi ipsis Ingenitum adijciatur. Differentiæ enim Originis sunt, Ingenitum, Genitum, & Procedens, & omnia quidem huiusmodi perfectionis Epitheta sunt in omnibus tribus, limitata tamen his originum differentijs, cum omnino videlicet in Diuinis simpliciter eiusdem conditionis producens, & productum esse nequeant. Sunt præterea aliæ quædam dubitationes & ἀπορίαι, quas etiam hoc loco attingere mihi placuit. Prima, <sup>ἀπορία</sup> quarundam Solutio. si Deus dicitur de Patre, dicitur etiam & prædicatur de Filio, nec non de Spiritu S. sequitur ut tres sint Dij, & tres omnipotentes, & non tantum sit Vnus Deus, aut Vnus omnipotentes, prout Symbolo Athanasij confiteri iubemur. Rectè Athanasius separatim de singulis Personis docet ista prædicari, quatenus hypostaticè differunt, sed quoad vnum quiddam sint essentia, hac ratione Vnum Quamobrem eū de singulis prædicetur Deus, nihilominus non tres sed Vnus duntaxat dicantur esse Deus, Deus, & non tres Deos, Vnum omnipotentem, & non tres omnipotentes appellandos. At vocabulum Dei cum æquiuocè usurpetur, quoad separatim de singulis, & quoad de tribus simul Personis prædicatur, & Deus, quoad sigillatim prædicatur de personis, non simpliciter, sed cum determinatione quadam offeratur, ut Deus genitus, Deus procedens, quoad autem de omnibus simul dicitur, simpliciter, id est, quoad ipso vna essentia, & non personarum discrepantia significatur, usurpari solet, cum videlicet semper cum Trinitate, unitas, & cum Unitate, trinitas sit coniungenda, rectè



Augusti. de Ci-  
uita. Dei lib. 10.  
cap. 23. Nos ita  
que nō dicimus  
duo, vel tria  
Principia, cum  
de Deo loqui-  
mur, sicut nec  
duos Deos, vel  
tres, nobis licitū  
est dicere, quam-  
uis de Vno  
quoq; loquen-  
tes, vel de Patre,  
vel de Filio, vel  
de Spiritu san-  
cto, etiam singu-  
lum quemq; De-  
um esse fatea-  
mur, &c.  
Secunda *επιπέρα*.

rectè quidem faciemus, si non simpliciter predicantes vocabulum  
Dei, de personis sigillatim ipsum enunciemus, deinde respicientes  
ad harum trium Hypostaticè differentium personarum vnitatem  
essentialem, non differentijs determinando eas, sed simpliciter pro-  
nunciando, Vnum Deum, & Vnum Omnipotentem fateamur,  
quamuis Hypostaticè differentes, sed non essentialiter etiam tres  
Dij, & tres omnipotentes, vt à quo, per quem, & in quo sint omnia,  
possint appellari. Sed quia ( vt modo dixi ) in Confessione religiosa  
Trinitatis, semper sunt *ὁ ἕν ἰσὸς φησιν*, Vnitas, & Trinitas, & non à  
Trinitate, ad Trinitatem, nec ab Vnitate, ad Vnitatem, sed ab  
Vnitate, ad Trinitatem, & à Trinitate, ad Vnitatem per gimus,  
decenter sic loquemur, vt confessi patrem esse Deum, & Filium es-  
se Deum, & Spiritum sanctum esse Deum, iam adoranda hæc tria,  
si non tres Deos, sed vnum, non personaliter, sed essentialiter vnum  
confiteamur esse Deum. Secunda est dubitatio, qua potest qua-  
ri, An Deus, quatenus essentia est Vnus, vnus ad numerum pos-  
sit dici Deus? Antitrinitarij, contra quos aliàs scripsimus, tres  
essentia discretos, nempe tres ad numerum Deos esse statuunt, Pa-  
trem scilicet, Filium, & Spiritum S. Nos falsitatem opinionis illo-  
rum resellentes, ostendimus Vnam numero Diuinam essentiam es-  
se, non autem personarum numero triplicem quoq; esse essentiam.  
At dixerit forsam quispiam, quomodo numero aliquid Vnum  
erit Diuina essentia, cum numero vnum, & τὸ δὲ τὶ, siquidem quid-  
dam Intelligens sit, persona habeat appellationem? Sed nemo est  
qui naturam & essentiam diuinam pro persona habeat. Præterea,  
nullum numero vnum, & τὸ δὲ τὶ, communicari alijs potest, sed  
naturam Diuinam, seu Essentiam, communicabilem esse constat  
tribus personis, quare videtur Diuina essentia non esse Vnus nu-  
mero Deus, aut simpliciter Vnum τὸ δὲ τὶ, ac indiuiduum quid-  
dam numero Vnum. Enimuero vocabula hæc, nempe Vnum nu-  
mero, aut τὸ δὲ τὶ, aut Personam esse, non omnino eadem significa-  
tione

tione in Diuinis his explicandis possunt aut debent etiam usurpa-  
 ri, qua significatione usurpantur in creaturis, sed utimur his, ut  
 similitudine quadam rem presentem declarantibus. Quando igitur  
 dicimus, Patrem, Filium, Spiritum sanctum, non esse tres nu-  
 mero, sed unum numero Deum, nihil aliud significare & exprime-  
 re conamur, quam horum trium Vnam numero esse Essentiam,  
 qua nihil aliud sit, quam tres istae Res, quas in Theologia Perso-  
 nas appellamus, non eo modo, quo Petrum, aut Paulum personas,  
 Vnam numero essentiam aut substantiam falso esse dicimus, qua  
 nimirum incommunicabilis singulorum Essentia est, sed hac ra-  
 tione, qua non sint, aut possint plures esse diuinae essentiae discre-  
 pantes inter se numero respectu trium personarum. Deinde quan-  
 do communicari tribus his essentiam vnā diuinā dicimus, com-  
 municationem hanc non sic intelligi oportet, ut eam interpretan-  
 tur Antitrinitari, qui καὶ μετὰ τὸν πατέρα καὶ υἱόν, id est, secundum par-  
 ticipationem Speciei eiusdem Diuinitatis, tres Personas unum  
 Deum esse dicunt, ut Petrus, & Paulus, dicuntur Vnus Homo,  
 quia videlicet & vna sit species, vna definitio vtriusq. Seruetiani  
 tria haec unum dicunt esse, καὶ τὸ αὐτὸ, seu καὶ συμπλεκέντος (τὸ αὐτὸ  
 hoc loco, proprium, sed συμπλεκέντος, commune Accidens appello)  
 quia scilicet Patris Dei sint Qualitates, & Accidentia quaedam,  
 Verbum scilicet, & Spiritus S. Sabellium imitantes. Horum mo-  
 dorum nullo incommunicabilis est Essentia diuina personis tribus,  
 sed hoc modo communem eam dicimus, quo dicimus vnā &  
 communem essentiam Animae humanae, respectu potentiarum  
 quatuor constituentium ipsius Essentiam. Nam quatuor potentiae  
 Animae realiter inter se discrepantes, nihilominus vna sunt nu-  
 mero essentia Animae, non quatenus μετὰ τὴν quaedam aut τὸ αὐτὸ  
 est, aut τὸ συμπλεκέντος, quiddam unum existant. Quatenus ergo  
 Diuina essentia suo quodam modo incommunicabilis est tribus his,  
 in Theologia appellatis personis, hac ratione τὸ αὐτὸ, quiddam, unum

Qua ratione Es-  
 sentia diuina nu-  
 mero Vna dici  
 possit.

Essentia diuina,  
respectu trium,  
non dicitur per-  
sona, sed Natu-  
ra.

Aristot. lib.  
A. Metha.

Vnititas Naturæ  
minor est vni-  
tate numerali.

numero, & indiuidua penitus essentia ipsa non erit, alioqui Diuina essentia, hoc modo se habens rectè etiam persona appellaretur. At persona non est, nec dicitur etiam à quoquam diuina essentia, respectu trium, sed Natura esse dicitur. In rebus nobis notis, Naturam communicabilem dicimus, & principium esse eam incommunicabilem atq; indiuidua Substantiæ cuiusdam, quæ τὸδε τι, aut persona dicitur. Vt Forma, & Materia, Natura, & principium dicuntur rei naturalis, quæ res Naturalis est τὸδε τι, vna numero, & incommunicabilis seu indiuidua Substantia quædam, quæ incommunicabilis substantia pars essentialis alterius essentia nullo modo esse possit, quemadmodum Naturæ ipsæ possunt esse pars vnius ad numerum Essentiæ. Per se autem, & simpliciter, neque Materia, neq; Forma, τὸδε τι, & vnum numero dicuntur. Nam constituentia, seu quæ constituunt quoddam Vnum numero, non possunt ipsum quoq; Constitutum dici, sed κτ' δ' ὕσδρσρ, dicuntur Vnum numero, nempe respectu Constituti, quod Constitutum est verè & simpliciter Vnum numero, & incommunicabile. Aristoteles Materiam, appellat φουόρδρσρ τὸδε τι, At Formam rei, nominat etiam τὸδε τι, quia verè constituat tanquam natura seu φύσις quædam essentiam Indiuidui, & singularis Substantiæ. Simpliciter sunt & dicuntur τὸδε τι σολα, quæ καδένα σα, & Indiuidua appellantur à Dialecticis. Quod si quispiam ex me querat, quam differentiam existimem esse inter Vnitatem Naturæ, & Vnitatem rei constitutæ ex naturis? Respondebo sanè, maximam & simplicissimam vnitatem esse Substantiæ naturalis, seu Singularis, quæ simpliciter vna numero dicatur, quam proximè, & κτ' δ' ὕσδρσρ sequatur vnititas Naturæ, quæ paulo minor est vnitate Numeri eius quod constituitur. Reliquas Vnitatum differentias, quibus exprimamus verbis, notum est, vt Logicas, quando dicimus, Vnum genere, vel Vnum Specie: aut Physicas, vt quando continuacione, aut τῶ τῶδε τι vnum dicimus. Sed de his dictum satis. Horum similitu-

similitudinem iam transferamus ad diuina, nam sine hac similitudine ne balbutire quidem possumus aliquid loquendo & differendo de sancta & adoranda Triade. Itaq; Natura & Essentia Dei, quia communicabilis, non eodem modo: quo personæ: vnum ad numerum quiddam dici poterit, propter causam dictam. Nunc personarum sanctæ Trinitatis quæ sit vnitas, consideremus. Heretici Antitrinitarij non rectè definiētes vocabulum Personæ, in hunc errorem abripiuntur, vt illi, essentialiter diuisam essentiam Diuinam opinentur, hi verò, non nisi vnā personam, nempe Patris, esse dicant, Filium, autem & Spiritum sanctum negent esse personas. Quæ causa sit, aliàs exposuimus. Ab vrisq; Persona, sic definitur, vt sit totū, & indiuidua atq; singularis quædam Substantia, à quouis alio Essentialiter discrepans, vt Petrus à Paulo, vt Personaliter, ita quoq; Essentialiter differt. Hac igitur significatione definiētes Personam Heretici, à dextra, & à sinistra claudicantes, oppositis quodammodo erroribus (vt dictum est) implicantur. At nos personas diuinas nullo modo Essentialiter discretas dicimus, & eò Personas appellari statuimus, quia tanquam Personæ, & quasi totū quoddam existentes, nec vna Persona prædicari possit de alia, nec vna Persona alij Personæ inesse tanquam natura quædam communicabilis, nec tanquam accidens quoddam vna alij inhæreat, sed quia sua propria ratione quæuis earum subsistat seipsa incommunicabiliter, non penitus tamen eodem modo, quo creatæ Personæ subsistunt: essentialiter scilicet inter se discretæ. Causas exposuimus in tractatu contra Antrinitarios. Hactenus quid simile, quid dissimile cum creatis rebus Increata Vnitas, & Trinitas habeat, ostendimus, causas errorum declarauimus, & quædam & dubitationes quibus Orthodoxæ sententiæ occurritur, dissoluimus. Reliquum est vt pium lectorem rogemus, vt nostrum laborem boni consulat, impium autem & Prophænum Hereticum, vt deposito errore respiciat, & de Creato-

Quomodo Personæ Vocabulum in Triade oporteat intelligi,

re omnium nostrum atq; etiam suo pie & reuerenter sentiat, loquatur, disputet, & præstigijs illis peruersæ rationis Satanicis nimirum & blasphemis paralogismis, nec indulgeat impia cogitando, & semetipsum miserè in certum exitium præcipitando. Nec est ut miretur quispiam me, qui professione nõ sum Theologus, provinciam & munus illud scribendi contra Antitritarios suscepisse, siquidem Philosophi officium esse arbitror præcipuè, ut cum in alijs Deum pie casteq; colat, tum maxime ut veritatè sincera Religionis tueatur & defendat, et si qui sunt qui fallacibus eam rationibus & *τῶν δὲ* quiddam habentibus labefactare & euertore conetur, eos argumentando refellat. Sed dixerit fortassis quispiam, tales homines à Theologis & non à Philosophis refellendos argumentis. Quod ad me attinet, nemini præripio ambitiosè quod suum est, neminem etiam impedio quo minus suum faciat officium, quin potius oro & obsecro doctos Theologos omnes, ut Hæreticos tanquam Lupos ab Ovili seruatoris Christi docendo scribendoq; arceant & depellant, quod eò magis facere debent & studiosius, quo plus periculi & discriminis adire vident Ecclesias propter eos, qui plausible quibusdam freti, & humanæ, id est, cæcipienti maxime in Diuinis rebus rationi blandientibus argumentis imperita multitudinis mentem fascinant. Non enim tam vero, quam ei quod videtur esse verum pleriq; assentiuntur. Sed quisquam ne est qui hoc in Philosopho reprehendat, si suam Ecclesijs Christi operam nauet, verisimilium argumentorum quibus oppugnatur Veritas Fidei nostræ fucum & falsitatem declarando, eorundemq; causas falsitatis explicando, & falsitatem ipsam errorum verioribus argumentis refellendo, & vera proposita veris & consentaneis rationibus & demonstrationibus astruendo? Qui hoc alienum à Philosopho esse opinantur, hi omnino quid Philosophus sit, mihi videntur ignorare. Non tam in his disputationibus de rebus ipsis Theologia proprijs, quam de rationibus, quibus earum veritas ab Hæreticis eueritur.

eueritur & infuscatur, disputari solet. An non rationum consen-  
 tanearum, & non consentanearum, iudicium & examen præcipue  
 penes Philosophum est, qui se Magistrum eius artis proficitur,  
 qua possint vera à falsis internosci? Si Instrumenti vsus prohibe-  
 tur, ad quid obsecro utile erit Instrumentum, quum ipsum solo vsu  
 aestimetur? Priuatus quidem vsus singulis professionibus est con-  
 cessus, quo nimirum vnaquæq; Professio vera esse quæ doceat, pro-  
 bare & demonstrare possit. At communis vsus, Dialectico & Phi-  
 losopho permissus, ambo enim communitatem quandam inquisitio-  
 nis veri profitentur de rebus omnibus quæ controuersiam habent  
 quandã facultatem habentes differendi. Dialectici quidem proba-  
 bilia sunt argumenta, sed Philosophi sunt exquisita, & accurata,  
 & quem earum quoq; rerum, de quibus disputat, intelligentem esse  
 oportet. At tu ( dixerit forsitan aliquis ) Theologicarum rerum  
 ignarus es. Bona verba quaeso, Nolim ego tam negligens salutis  
 Animæ meæ videri, ut nesciam quem Deum habeam, & si quis  
 Sophista me decipere conetur, probando ipsum Deum esse quidem  
 Trinum, sed non vnum, aut Vnum, sed non trinum esse, propter ru-  
 ditatem profecto me vel hoc, vel illo errore implicari nequaquam  
 patiar à malis ineruditis & Sophisticis disputatoribus. Quum er-  
 go Heretici sint Sophistæ, & communibus atq; verisimilibus ar-  
 gumentis fucum faciant & decipiant incautos, quisquam ne ei  
 meliore iure opponetur quàm Philosophus, veræ Religionis non  
 ignarus, ut qui Vnus rectissimè Sophistarum strophas, & impostu-  
 ras caliginesq; errorum deprehendere & luce veritatis discutere  
 possit? Quòd si videor Reprehensoribus his, inscite, & non satis pie  
 contra Antitrinitarios defendisse causam veræ Religionis, qui sit ut  
 me argumentis disputando non redarguant? Quòd si nihil habent  
 ut contra aliquid disputent, quamobrem obsecro tam superbe & in-  
 uide meos labores meumq; scribendi pium studium reprehendunt?  
 Scio ego à quibusdam simplicius, ab alijs malignius & maleuolen-

eius factum meum reprehendi, quorum illi quidem ignorantia, h<sup>ic</sup>  
 verò & ignorantia, & ambitiosa quadam ac superba emulatione  
 peccant. Duo sunt genera hominum infestissimorum Veritati, quo-  
 rum illi extremè abominantur veram genuinamq; Religionem &  
 pietatè, (quos Scriptura Hypocritas appellat) hi verò, cane peius  
 & angue, ut prouerbio dicitur, veram & accuratam solidamq; Phi-  
 losophiã oderunt. Eos, qui sese Philosophis opponunt, Plato passim  
 Sophistas appellat, qui volunt quidem videri quòd sciant aliquid,  
 cum exquisitæ rei Scientiæ & veritatis sint ignari. Iam quò minus  
 alijs videantur esse intelligentes rerum, impedimento ipsis sunt  
 Philosophi, dum videlicet ab ipsis subinde, quòd non rectè sentiant,  
 reprehenduntur, quòd ipsum suo honori, suisq; lueris (verisq; enim  
 his inbiant Sophista) quando sentiunt officere, non mirum est & si  
 tanto odio persequantur Philosophos, qui nullo proposito premio  
 ipsius propter se Veritatis studio & amore tenentur. Dissidium il-  
 lud Sophistarum & Philosophorum, eiusq; dissidij causas, nò vno in  
 loco Plato exposuit in Dialogis suis, ut facillè appareat, antiqui-  
 tus etiam Sophistas dedisse operam duntaxat, ut viderentur esse,  
 Philosophos autem, ut reuera essent intelligentes rerum, eosq; sem-  
 per omne suum studium veritati cognoscendæ & indagandæ im-  
 pendisse. Ne quis ergo miretur, etiam hoc nostro tempore displicere  
 Sophistis, si quid scribatur quòd Philosophiã aliquam redoleat: &  
 verum omnino est quòd vulgo dicitur, Scientiam non habere ini-  
 micum, nisi ignorantem. Proinde ut pij Theologi & Concionatores  
 Verbi Dei Hypocritarum odijs & iniurijs ab honesto proposito de-  
 terreri non debent, ita Sophistarum calumnijs & obrectationibus  
 veritatis propugnator & defensor Philosophus moueri non debet,  
 quo minus Scholarum commodis, & imprimis honori Dei Omnipot-  
 entis, & Ecclesiæ Christi salutiferæ doctrinæ sit toto pectore addi-  
 ctus, non sollicitus, quæ maleuolorum Sophistarum de se sint iudi-  
 cia, ut quibus nihil probatur nisi quòd ipsi præstant, aut præstare  
 possunt.

possunt, ad vulgi nutum insipientis omnia referentes, arrogantissimum scilicet & superbissimum genus hominum. Sophista igitur sint nobis alij Antitrinitarij, & si qui sunt Hæretici: nō minus autem pro Sophistis numerentur etiam hi, qui verā Philosophiæ nervus & argumentis eorum errores non censent refellendos esse. Suspecta enim illis est Philosophia, nihil nisi populare, & quod omnes intelligant, his placet. Philosophica siquidem videntur illis fallacia & insidiosa esse, quæ tamen ignorant, nec intelligūt quam vim aut quod pondus habeant. Nobis autem vicissim illorum phalera verborū & fucus, quo multa dicentes, nihil tamen dicunt aut probant, sunt magis suspecta, & enervis quidem ac languida ad probandum aut refellendum aliquid disputatio omnis Sophistica videtur esse. Antitrinitariorum argumenta si quis consideret, nihil aliud esse ipsa deprehendet, quàm Sophisticas quasdam argutias & paralogismos deliros, quorum falsitatem ipsi quidem propter ignorantiam Philosophiæ non animadvertentes, Sacrarum literarum testimonia his tanquam Lesbiam regulam quandam, ut dicitur, applicuerūt. Quòd si Sophistica contraria est Philosophia, cui dubium sit quin rectius & nervosius hæc à Philosopho quàm Rhetore quodam dissoluantur Sophismata? & autoritas quidem diuinorum testimoniorū ab Hæreticorum abusu seuerius vindicabitur ab homine Philosophiæ, quàm ab homine dumtaxat literariū & Rhetoricæ perito. Ego quidē sic iudico tum demū fore quietas & beatas Ecclesias, si aut Philosophi veri dent operam Theologiæ aut Theologi Philosophentur pie: nec in illorū sum sententia, qui Philosophiam Theologico studio obesse arbitrantur. Vera pietas docentium & discipulorum est in causa, ut ambæ disciplinæ & honestissime & utilissime coniungi possint: nec recusat Diuinorum Orationum pedissequa esse nostra Philosophia, quæ tum demum vera est, si Verbo Dei sese subiciat ei, famuletur, siquidem auctorem etiam Aristotele Philosophi finis sit  $\delta\delta\alpha\pi\omega\epsilon\iota\upsilon\eta\ \kappa\alpha\iota\ \delta\epsilon\sigma\phi\alpha\iota\ \rho\eta\tau\omega\kappa\alpha\iota\ \delta\epsilon\sigma\phi\alpha\iota$



Deop. Contra Ofores quidem & contemptores Philosophiæ Sciolos hæc in præsentia scribere visum, quòd videlicet certò sciam quosdam iniquos reprehensores esse, & in Philosophiæ studijs parum versatos & exercitatos, qui nõ intelligètes scripta nostra, nihilominus perinde atq; si intelligerent, maligno & Theonino, vt dicitur, dente ea arrodant, & meam operam honestam vilemq; damnant: qui si intelligentes essent eorum quæ scripsi, non modò me non criminarentur, sed gratias etiam agerent, & gauderent me lucem hanc sublimi huic Mysterio attulisse, qua non tantùm eius veritas facile, prout fert noster captus, intelligi, sed qua etiam omnium Hæreticorum, qui non rectè de Sancta Triade senserunt, errorum Sophismata possint confutari & refelli verissimè & grauisimè.

**ANTILOGIA IACOBI  
SCHEGKII, QVA RESPONDET AD  
Propositiones XXVII. Seruetianæ Hæreseos,  
negantis Filium & Spiritum S. in  
Essentia diuina esse Per-  
sonas.**



**N**TE biennium volente & iubente Illustrissimo Principe meo D. Christophoro duce VVirttembergense &c. Domino meo clementissimo, scripsi Libros duos contra Anitritinarios quosdam Lituanicas Ecclesias impio & Hæretico dogmate peruercentes, instinctu Satanae ad hanc rabiem & vesaniam actos, vt docerent nimirum suos peruersè tres Sanctissimæ & adorandæ Trinitatis hypostasies, seu Personas, nõ modò inter se differentijs quibusdam

busdam realiter distinctis, sed etiam numero Essentiarum diuisis,  
 & discretis discrepare, Essentia nimirum Vnicum Deum, errore  
 opinionis suæ fingentes trinum essentia, & numero plures discre-  
 pantes Deos in mundū introducentes, coæternos quidem illos, sed  
 nequaquam õpõrõs, id est, coessentiales, vt Orthodoxa & Catho-  
 lica piè sentit Ecclesia, statuentes esse. Nondum illo penitus im-  
 pietatis restincto incendio, multiceps Draco Ecclesiarū Christi va-  
 stator & incendiarius, finitimos Turcæ populos, Translyuanas sci-  
 licet & Hungaricas quasdam Ecclesias ( sic enim fama accepi-  
 mus ) contraria heresi inflammare cœpit, non tantum Orthodoxos  
 cum hæreticis, sed etiam Hæreticos cõmittens cum hæreticis. Illi  
 enim contra quos scripsimus, iam olim Trinitatem personarum  
 non negantes, sed impie eam in tres õsõs, id est, essentias laceran-  
 tes, meritò dicuntur propter impietatem hanc Antitrinitarij. Hi  
 verò Seruetiani, Filium, & Spiritum sanctum, in Essentia diuini-  
 tatis vna ad numerum existente, à Patre negantes personaliter  
 seu hypostaticè distinctos & productos, & vrumq; spoliantes con-  
 sortio essentia diuinitatis seu essentialis Subsistentiæ, Patrem so-  
 lum, orbatum à se propagatis his hypostasibus, Deum illum vni-  
 cum dicunt, coæterno Filio, & coæterno Spiritu sancto ( quoad sunt  
 seipsis quiddam Subsistens ) à Dei nomine & gloria exclusis, & in  
 ordinem numerumq; Creaturarum redactis. Negantes ergo pror-  
 sus Trinitatem, nullum nisi solum Patrem Deum agnoscunt &  
 confitentur, Deum filium, & Deum spiritum sanctum esse impie in-  
 ficiantur cum Turcis & Iudæis, & sine Hypostaticis differentijs  
 Deum vnum statuentes, quos & ipsos certè Antitrinitarios ap-  
 pellandos, negantes scilicet personarum Trinitatem, nemini du-  
 bium esse potest, sed alio modo quàm prius commemorati. Hanc  
 verò Blasphemiam quis non meritò appellet perniciosissimam, a-  
 trocissimam, & apprime impiam Gigantomachian? vt quæ IE-  
 HOVAH ipsum deturbare de cælo, & filium Dei è sinu Patris

E diripere

diripere, Spiritum sanctum regno suo & imperio spoliare conetur.  
 Detestanda hæc est impietas, & quam Deus ipse, nisi respiciant  
 vāsani illi Hæretici, aeterno gehennæ incendio sit vindicaturus.  
 Sed in præsentia quidem minis & detestationibus nihil est opus,  
 verum admonitionibus, disputationibus, & argumentis, quibus  
 error hic refellatur, & errantes ad Ouile Domini reducantur.  
 Non enim omnes contemnunt admonitionem, præsertim qui pro-  
 pter ineruditionem & ruditatem zelum habentes, sine scientia à  
 vero aberrant, & hallucinantur: quibus si cordi est Veritas, &  
 eam ex animo diligunt, dabo operam, ut non tantum causas erro-  
 rum suorum atq; paralogismorum intelligant, quibus seipsos, & a-  
 lios quoq; decipiunt, sed etiam ut verorum exquisitissimas rationes  
 percipiant, tales & tam consentientes nimirum, ut quibus nulla,  
 tanquam falsis, Instantia reprehensionis opponi possit. Et quan-  
 quam professione non sum Doctor Theologus, ob id tamen non ar-  
 bitror mihi præclusam esse viam inuestigandæ & declarandæ ve-  
 ritatis: nec puto tam impius & vacors aliquis erit limitum Scho-  
 lasticorum Patronus & defensor, ut cum ἀγώνισμα potius quam  
 ἀλήθεια sit disputatio in controuersijs pietatis & veritatis, ut Theo-  
 logis tantum titulo hoc præditis, & non etiam omnibus Christianis  
 certamen hoc propositum esse contendat, quum omnes sic instructi  
 argumentis & eruditi esse debeamus, ut Satana, & impijs homi-  
 nibus rationem Fidei nostræ explicare, si res postulet, & alios, quo-  
 minus capiantur hæreticorum erroribus, docere & admonere va-  
 leamus. Quamobrem non laboro, si displiceant hæc nostra Sciolis  
 quibusdam, qui nihil rectum esse putant nisi quod ipsi fecerint, sibi  
 ipsis mirifice placentes, & quosuis alios præ se contemnent, per-  
 strictæ frontis homunciones ineruditi, & quadam doxosophæ infla-  
 ti, qua seipsos titillant nimirum. Qui ergo disputare possunt, &  
 quantumcumq; sanè possunt, hi propugnare debent honorem & glo-  
 riam nominis Dei, in mediumq; consulere, ne Christi Ecclesie, Sa-  
 tana

*tane & hereticorum fraudibus atq; insidijs sint expositæ, præsertim quando vera Religio quasi caput petitur, & quodammodo Fundamentum ipsius evertitur. Diuersi porro nobis sunt Antitrinitarij in præsentia refellendi ab his, quorum superioribus annis errorem duobus libris confutauimus, vt paulo antè est ostensum. At nihilominus quibusdam communibus hypothesebus opus nobis erit, ijsdem in libris expositis, quibus ambæ, quamuis contrariæ, hæreses refelli & argumentis subuertere possunt, quas prius explicabo, quàm me ad disputandum contra illos conferam. Ac*

*Prima Hypothesis.* Vnum essentia Deum, vnum numero Deum appellamus, qui Persona vna non sit, sed ex tribus Personis constitutum quiddam, seipso subsistens, vt prima Substantia subsistit & τὸ δὲ τὶ ipsum, quod nimirum neq; insit, neq; prædicetur de aliquo.

*Secunda Hypothesis.* Essentiam hanc numero vnâ dicimus tribus Hypostaticis differentijs definirî, vt quæ nihil aliud sit, quàm Pater, Filius, & Spiritus sanctus, nempe Deus numero, & essentia vnus, & hypostasibus trinus. Quo sanè & simili modo Animam nihil aliud esse dicimus, quàm facultates omnes ipsius, quibus ipsa viuificat corpus.

*Tertia Hypothesis.* Quæ ex natura quadam communicabili, & differentia incommunicabili constituuntur, incommunicabilibus ipsis constitutis quodammodo, aut potius constituentibus diuinam essentiam ipsam, existentibus, hypostases, seu Personas appellamus, Tres Hypostases, magis sunt constitutens quiddam diuinæ essentiae dicendæ, quam constitutum quiddam, sed alio modo quàm in Creaturis solent esse & appellari Personæ. Nam in Creaturis, Personæ seu hypostases, sunt τὸ δὲ τὶ, seu singulares, & ad numerum vnum quiddam, Substantiæ quædam essentialiter discrepantes, & χωρὶς ὅν, id est, ab omni alio separatum quiddam, vt nimirum alij nec inesse, nec de alio prædicari possunt, vt Petrus respectu Pauli. Sed in Diuina essentia (quæ definitur tribus Personis) Personæ non sunt χωρὶς ὅν, id est, essentiae causa separati quiddam, quemadmodum primæ Substantiæ aut Personæ in Creaturis sunt per essentiam separatam quiddam, sed diuinæ Personæ

sonæ vnius vnitatē Essentiæ sic subsistunt, vt vna, respectu alterius Personæ, sit incommunicabilis, id est, vna, cum altera, non constituat compositionē quadam, tertium quoddam τὸ δὲ τῶν, vñ, vna Persona, de alia, non prædicetur etiam, nec ratio seu Definitio vnius in ratione seu Definitione alterius includatur, id est, vt breuiter & Scholasticè loquamur, differunt realiter & formaliter personæ diuinitatis, sed Essentialiter ( quia sunt partes vnius Dei: Essentiæ ) non differunt. Vt Filius, de Patre non prædicari potest, nec vicissim Pater, de Filio, nec ratio, qua quid sit filius intelligitur, includitur in Finitione, qua quid sit Pater intelligitur, ( quemadmodum ratio Animalis includitur in ratione Hominis ) & contrà. Quartum est. Vocabulo Dei tripliciter vtimur secundum scripturas. Nam aliquando significatur eo Vnum trinum, nempe Essentiæ diuina, tribus Personis definita, vt cum Deus dicit, Faciamus hominem ad imaginem nostram. Vnus enim qui dixit, trinum se esse differentijs hypostaticis intelligi voluit. Aliquando vocabulum Dei principaliter significat Patrem. Nam principaliter Deus, significat originem omnium, & à quo omnia, & ipse à nullo. Talis est Pater, à quo Filius, & Spiritus sanctus propagantur, & ab eodem per filium, & spiritum, creantur & conseruantur omnia visibilia & inuisibilia. Pater ergo est Deus, qui producit, & creat omnia, Pater est, qui obnoxios nos Satana redemit, Pater est, qui lapsa omnia, quæ in cælo sunt, & quæ in terra, instaurauit, Pater est, cui omnia sunt subiecta, & cui Filius etiam & Spiritus sanctus debent, quod sunt. Et quamuis indiuisa sunt opera Trinitatis ad externa sese præferentia, tamen principaliter sunt Patris, cum Pater sit qui operatur, Filius autem per quem, & Spiritus sanctus in quo. At duo hæc, nempe per quem, & in quo, sunt à Patre producta principia, vt non immerito Scriptura subinde principaliter Deum appellet Patrem ipsum, vt qui solus sit inter tres Personas principaliter Deus. Nam alioqui  
etiam

Quid sit Realiter & Formaliter differre, dictum est in libro contra Antrinitarios. Quarto Hypothesis.

Vocabulū Dei, tripliciter vsurpatur in Scripturis.

etiam Dei vocabulū significat principatū quendam, ut quum Paulus dicit: Efferens sese supra omne id quod est Deus. Et 2. Corin. 4. In quibus Deus huius seculi excecavit sensus incredulorum. Et in Exodo, Ego te constituam Deum Pharaonis. Hoc sensu, Pater à Diuo Paulo sepiissime, respectu Christi, Deus appellatur, ut quū inquit Ephe. 1. Deus domini nostri IESV Christi, & 1. Corin. 8. Nobis tamen vnus est Deus, qui est Pater ille, ex quo omnia, & nos in illum, & vnus dominus IESVS Christus, per quem omnia, & nos per illum. Quia creatio, & redemptio, principaliter sunt Dei Patris, & Filij quoque dicuntur esse, quia Pater per ipsum illa omnia operatus est, ideo D. Paulus ferè semper duas causas allegat reconciliationis, nempe Deum Patrem, & Deum Filium, & quia respectu Filij Pater principatum habet, ob id absolute Deum, ipsum Patrem nominat, & per interuersionem, id est, interpretando usum vocabuli, mox subiicit Patrem, ut 2. Corin. 1. Benedictus Deus & Pater domini nostri IESV Christi. Item 2. Corin. 12. Deus, & Pater domini nostri IESV Christi. Et in Ioannis Euangelio, In principio, Verbum, apud Deum, nempe Patrem, fuisse scribitur. Et in eodem Euangelio, Solum Deum verum, Patrem suum appellat Christus, quia vnus & solus Pater principaliter est Deus, quia à nullo, & ab ipso omnia. Tertius vsus est vocabuli Dei, quoad prædicatur de tribus Personis & hypostasibus secundum prius & posterius originis, & ille quidem duplex est. Nam aut de Deo prædicantur Personæ, aut de Personis, Deus. Quando personarum vocabula dicuntur de Deo, ut cum de Deo dicitur quod sit Pater, quod sit Filius, quod sit Spiritus sanctus, vocabulis his personarum nihil aliud quam ὁ ὁπῶς ἢ ἡ ἢ οὗ Diuina essentia exprimitur, quæ Essentia nihil aliud est quàm ipse Pater, & ipse Filius, & ipse Spiritus sanctus. Et hoc modo (ut in libro contra Antitrinitarios ostendimus) in Euangelio Ioannis de Deo Essentialiter vno, prædicatur ὁ ὁπῶς ἢ ἡ ἢ οὗ. At de

Deo principaliter vno, vt de Patre ( qui, Deus, secundo modo appellatur ) non prædicatur λόγος . Sed non vt de Deo Essentialiter vno, prædicari possunt personarum vocabula, ita vicissim Deus essentialiter vnus, dici & prædicari poterit de tribus Personis, sed prædicatur quodammodo æquiuocè, nempe secundum prius, & posterius originis, Vt Deus, de Patre, quia ingenicus, de Filio, quia genitus, de Spiritu sancto, quia ab vtroq; procedens Deus . Hoc tertio modo, quicquid est extra creaturam, id est, Creatura non est, dicitur Deus, cum omne, aut Creator sit, aut Creatura . At Creatorem rectè Deum dici constat, & principaliter quidem eum, qui creat, nempe Patrem, deinde eum, per quem creat, vt Filium, & postremò eum in quo creat omnia subsistunt, videlicet Spiritum sanctum, qui tres tamen sunt vnus essentialiter Deus, non tres Dij, sed hypostaticè tamen tres, quoad scilicet vocabulum Dei, secundum prius & posterius originis de his dicitur, qua nimirum ratione Deum de Deo, & Lumen omnipotens, de lumine omnipotente propagatum dicimus . Vnum enim Essentia principium omnis creaturæ, nempe Deus tribus hypostaticis differentijs principiorum finitur, quibus definiuntur Personæ, quarum quælibet non sine respectu Vnius essentia Dei, quid sit, intelligitur, vt Pater, ( qui est principiorum principium in sua essentia productorum, & cum his à se productis, causa est creationis omnium, ) Deus est, generans Filium, & vnà cum Filio producens Spiritum sanctum . Ita definimus quoq; Filium, Deum esse, à Patre natum, & cum Patre producentem Spiritum sanctum . Sed, inquit, Deus est vnus, non sunt ergo plures Dij . Respondemus, esse vnum Essentialiter Deum, nempe eum, à quo, per quem, & in quo sunt omnia . Præterea Vnum dicimus esse Principaliter Deum, nempe Patrem . At tertio modo, non solus Pater est Deus, sed etiam Filius, & Spiritus sanctus, quia sunt à Deo Patre productum quiddam in Essentia ipsius, sed non tamen primò sunt, & prin-

Et principaliter Deus, sed quia à Deo Patre propagatum quidam sunt ille genitus Deus, hic procedens dicitur. Quod enim à Patre propagatur, eiusdem quoque particeps cum sit Essentia, non potest fieri, quin sit omnipotens, & extra Creaturas quidam Deus, discrepans hypostaticè Deus à Deo in essentia creatoris Dei vnus ad numerum existentis. Prædicari autem & λόγος, de Deo, & prædicari etiam Deum de Verbo (λόγος Græci vocant) scripturæ testimonijs probatissimum existit, quæ cum abundè satis in Libris duobus contra eos Antitrinitarios (qui diuisos essentialiter Deos, & plures essentialiter vno dicunt esse) sunt exposita, non est necesse ut hoc loco denuo repetantur, qui volet, inde requirat. Restat ut iam nunc ad proposita horum Antitrinitariorum Seruetianorum respondeamus, qui præter Patrem, nullum verum Deum agnoscunt, Filium, & Spiritum sanctum negantes tanquam Personas in Essentia diuina Patris coessentialis ei, sed tanquam Creaturas, extra eam subsistere dicunt.

## PRIMUM ANTITRINITARIO,

rum Seruetianorum Propositum.

Paulus prohibet νενοφωίαρ, vacuitatem & inanitatem vocum, fabulas inanes. Sed hæc vocabula, Trinitas, Trinus, Tripersonatus, Essentia, Substantia, Persona, Proprietas, sunt vocum inanitates, nouitates verborum, in sacris Literis non continentur. Sub amissione capitis nostri hæc parologizamus, & fingimus, quod non sint in sacris Literis. Ergo Heretici sunt qui hæc de Deo prædicant. Quia non dicit. Ego sum Trinitas, Ego sum Substantia, Christus est Persona, sed ego sum Deus.

Caput est illius Propositi, ut Prophetiam, nempe ἐγὼ καὶ υἱὸς καὶ ἁγίους, & interpretationem sacrarum literarum tollat ex Ecclesia Christi, Antitrinitarij. Interpretatio autem est, si quando quæ obsecarius & perplexius dicuntur, aut scribuntur, magis dilucidis, & Quid sit signifi. ἐγὼ καὶ υἱὸς καὶ ἁγίους.



significantioribus vocabulis exprimuntur & declarantur, quo in  
 genere permittunt nobis omnes docti, ut Aristoteles, Plato, Gale-  
 nus (ut rem clarius scilicet doceamus) ὀνομαστικῶς ἰδῶμεν, id est, no-  
 mis & inusitatis voculis uti, ut barbarè etiam loqui nobis sit per-  
 missum à Galeno, si postulet id interpretationis necessitas. Inusi-  
 tatis alioqui in scriptura vocabulis si utaneur interpretes, verita-  
 tem rei declarandæ non depravant, aut corrumpunt, si consentanea  
 dicant his quæ continentur in Scripturis, id est, si antecedentia  
 omnia, & consequentia non pugnent cum autoritate scripturæ,  
 quod cum fit, si interpretatio non dissentiat à consensu & veritate  
 scripturarum, quarum est interpretatio. Sed paulo post ostenden-  
 tes nostram interpretationem non dissentire à veritate & consensu  
 sacrarum, de Deo, Scripturarum, Antitrinitariorum autem sen-  
 sum, non interpretantem quicquam, sed confundentem omnia,  
 alienissimū esse à veritate scripturæ, quam inusitatis in scriptu-  
 ra voculis dum censent impium esse explicare & interpretari, ac  
 minimè eisdem quibus ipsa scriptura (id ipsum facientes & com-  
 mittentes quod nobis exprobat) vocabulis utentes ne ipsi quidem,  
 inusitato impio & barbaro sensu veritatem & consensum scriptu-  
 rarum lacerant, depravāt ac corrumpunt, ut postea liquebit. Filius  
 enim, & Spiritū sanctum creaturas dicunt esse, quum tamen Scri-  
 ptura nusquā eos Creaturas appellet. Nam ut scriptura nusquam  
 dicit, Filius est Persona, ita nusquam dicit, Filius est creatura.  
 At quod nos dicimus, demonstrabile est: vestrum errorem autem  
 nulla vera interpretatione defendere potestis, non minus quàm nos  
 inusitatis in scriptura voculis sensum vestrum explicātes, sed mul-  
 tis blasphemis refertum, cum noster sensus propter scripturarum  
 consensum nullius impietatis possit accusari. Quod cum facitis,  
 non tam verba nova, quàm errores novos & Hæreses Satanicas  
 in Ecclesiam Christi introducere conanimi. Facile itaq; assentior  
 ipsis, quod vltro fatentur in hac propositione ad hunc modum scri-  
 bentes,

bentes, Sub amissione capitis nostri hæc paralogizamus & fingimus. Protestatione nihil opus erat, quis enim non videt, qualia sine vestra figmenta, & vestri paralogismi, quibus tanquam Gigantes maiestatem Dei oppugnatis? Quorsum tamen verba hæc pertinent, non satis intelligo, sunt enim cum sequentibus ἀναλόγητα, id est, non consecraria, quanquam ὡς αὐτῆς ἀληθείας ἀναγκασθεῖται, id est, ab ipsa veritate coactos (ut alicubi de Empedocle scribit Aristoteles) talia ipsos scripsisse & effutiuisse mihi dubium non est.

## Propo. II.

Scriptura sacra Deum, dominum Vnicum, solum & vnum tantum Patrem appellat. Ergo Filius & Spiritus sanctus, non sunt vnus Deus, vnus IEHOVA, vnus & solus Deus, necq; substitunt, sed tamen Pater est Vnus Deus.

**F**atemur in scripturis, Patrem, solum Deum verum appellari, principaliter scilicet, seu inclusiuè, & non exclusiuè, (ut sic loquar) ut cum dico solus Imperator subiecit orbem sibi, nō excludo exercitum & duces bellorum. Sic Pater solus est, principaliter, ut à quo sint omnia, cum & Filius, & Spiritus sanctus producantur à Patre, ipse autem Pater à nullo sit productus. Hunc talibus epithetis ornat Synestus Episcopus in suis Hymnis, τὴν γὰρ ἑσὶν ἀνάξ; πατέρων πάντων πατὴρ, αὐτοπάτωρ, προπάτωρ, ἀπατὴρ. Quarta Hypothesi hac satis planè exposuimus, declarantes quot & quibus modis Dei vocabulum vsurpetur. At non sequitur, si Pater solus principaliter, id est, tanquam principium principiorum, sit Deus, ut ob id Filius non sit Deus, aut Spiritus sanctus. Astruere licet scripturis quod dicimus, nec ipsas inter se pugnare Scripturas dicent Antitrinitarij opinor, quamuis aliqui omnia sibi ipsis permittant licenter, ut etiam ea quæ aperissime mētiuntur ipsi dicant esse nihilominus vera & scripturis consentanea. Diuus Paulus ad Romanos, Christum prædicat mani-Rom.9.

1. Ioan. 5.

*esto elogio Deum laudandum in secula . Diuus Ioannes in Cano-  
 nica , IESVM Christum , Dei veri Elogio similiter celebrat , &  
 idem in principio Euangelij sui , λόγος ( qui assumpsit carnem )  
 Deum apud Deum Patrem esse scripsit . Nam Deum esse ait ἰψῆσι-  
 mum λόγος , non aliquid in Deo , vt impij Antitrinitarij somni-  
 ant , quam νόημα & phantasma quoddam Patris esse ἕρ λόγος  
 impie interpretantur , cuiusmodi sunt nimirum λόγος , quos nostra  
 mens cogitando intra se parturit . Constat & liquet his allegatis  
 scripturis , & λόγος , vt partem Definitionis Essentiae Diuinae ,  
 praedicari de Deo , & vocabulū Dei praedicari etiam de ipsis hypo-  
 stasibus secundum prius , & posterius Originis , qua prius discere o-  
 portuit Antitrinitarios , quā de tam sublimibus rebus , quas pro-  
 pter ruditatem ingenij non assequantur , disputare . Praeterea an  
 non vt scriptura Patrem vnum & solum Deum , ita quoq; Chri-  
 stum vnum , & solum dominum praedicat ? Quomodo igitur Vnus  
 Dominus à Paulo dicitur Christus , cū Pater etiam sit Domi-  
 nus ? Alio videlicet modo , quā Pater est etiam Filius vnus  
 Dominus & Solus , vt per quem & nō à quo sint omnia . Per vnum  
 enim illum & solum , sunt omnia creata & recreata , vt à seu ex  
 Patre solo & vno sunt facta omnia : Nobis vnus est Deus , ( inquit  
 Paulus ) qui est Pater ille , ex quo omnia , & nos in illum , & V-  
 nus Dominus IESVS Christus , per quem omnia , & nos per illum .  
 Mox subiicit : Sed non in omnibus est scientia . Crediderim sanè  
 hoc de Antitrinitarijs dictum . Thomas Apostolus consistens Do-  
 minum Christum , ipsum Deum & Dominum appellat . Hec est  
 vera Scripturarum harmonia & suauissimus concentus , si nimi-  
 rum Catholicam Orthodoxam afferas interpretationem , & nō va-  
 na Hereticorum somnia , quae & ipsa inter se dimicant falsitate ,  
 & cum veritate Scripturarum inimicissimè pugnant . Ergo , in-  
 quit Antitrinitarius , Filius , & Spiritus sanctus , non sunt Vnus  
 Deus . Concedo , non sunt vnus ille Deus , quo modo Pater vnus  
 Deus*

A quo, seu ex  
 quo, & per quē,  
 differunt hypo-  
 staticē.

1. Corin. 8.

Deus dicitur, aut quomodo tota Trinitas, vnus Deus appellatur, sigillatim autem vterq; hypostaticè vnus est Deus, ille, genitus à Patre, hic procedens ab vterq; Deus. Si porro IEHOVA significat Essentiam Dei, Deus tantum vnus dicendus erit, à quo, per quem, & in quo sunt omnia. Nam Pater, Verbum, Spiritus sanctus, autore Ioanne in Canonica, sunt Vnum, id est, Vna essentia. Quoad autem IEHOVA predicatur sigillatim de tribus, tres originis differentia eo vocabulo significabitur, qua ratione, Vnum, id est, Vna Persona seu hypostasis, vna dici non possunt tria hæc subsistentia in vna essentia, seu vnus IEHOVA. Quod autem dicitur in hac propositione, non subsistere Filium, aut Spiritum sanctum, falsum & Hereticum est, si Definitionis pars, seu Personæ quædam essentia Dei negantur esse, quum essentia Diuina, seu Essentia Deus, nihil aliud sit, si definias, quam tres illæ hypostaticæ res, (quas Catholici appellant, Personas) Paulus autem describat essentialiter vnum Deum his tribus hypostaticis differentijs, hoc modo, ut sit, à quo, per quem, & in quo sint omnia. Sin autem Subsistens, & Persona, appelletur essentialiter separatim quiddam & τὸδε τι (sic enim Personam discernunt omnes Antitrinitarij) hoc modo nos in Trinitate profectò nihil hypostaticum esse concedemus. Verùm tales errores falsis finitionibus acceptos ferre debent Heretici, non Orthodoxis Catholicis, & veris rationibus Scripturarum, quas ipsi propter ruditatem & impietatem non intelligunt. Quomodo Vnum essentia constituatur ex pluribus inter se realiter, & à tota essentia formaliter distinctis, planissimè exposuimus in libris duobus, contra Antitrinitarios, quæ breuitatis causa nunc explicare nolo.

## Propo. III.

Vnus est Deus Pater omnium, Malach. 2, Ephes. 4, Ergo extra Deum Patrem non est Deus alius.

**Q**uando Deus dicitur Pater omnium, aliam habet interpretationem, quam cum Deus dicitur Pater esse Christi. Nam Deus, Pater Christi, Hypostasim significat patriam, sed, Pater omnium, dicitur Deus creator Vnus essentia, communia enim (ve Augustinus ait) sunt opera Trinitatis ad extra. Constat autem inter omnes, aliter primam hypostasim appellari Patrem nostrum, & aliter, Patrem Christi. Nam Pater est noster, quia creator noster est vnâ cum Filio & Spiritu sancto. An non Pater noster Deus vnus est? inquit Malachias. At sine Verbo, seu Filio, à Patre factum est nihil, ve Ioannis Euangelium testatur. Pater autem Christi dicitur, quia Christus naturalis & coessentialis eius est Filius, iuxta illud, Ego & Pater Vnum sumus. Ex quo perspicitur errores Antitrinitariorum referros esse homonymijs, seu equiuocationibus, quibus impediti Scripturas male interpretando videntur secundum Græcorum prouerbium, τὰ πρὸς ἀπὸ πρὸς ἑαυτῶν, id est, Volatilia sectari, dum nihil habent certi quò Scripturas referant, linum scilicet lino (ve dicitur) connectentes, & arenam arenæ agglutinantes.

## Propo. IIII.

Vnus & solus Pater Domini nostri IESV Christi, est Verus Deus, 1. Corinth. 8. Eph. 1. At λόγος, & Spiritus sanctus, non sunt Patres IESV Christi. Ergo λόγος, & Spiritus sanctus, non sunt Deus extra Patrem, sed vnâ cum ipso, in cuius sunt Substantia ab æterno Inseparabiliter.

**S**imilis etiam in hac Propositione ex homonymia seu equiuocatione errores efflorescunt, omniaq; ipsorum Sophisticis elenchis sciant. Si dicant solum Patrem Domini nostri IESV Christi esse verum Deum, & principaliter intelligant ipsum esse solum Deum verum, & principium principiorum, id est, Filij & Spiritus sancti, (nam sine Patre Deo, nec Filius, nec Spiritus sanctus essent)

essent, & quod sunt etiam, id à Patre habent) idem nos dicimus & facemur quod ipsi. At si simpliciter, id est, exclusiue, dicatur & ipsum Patrem, Deum solum & vnum dicant esse, nempe Deum essentiam, cum hac ratione Filius, & Spiritus sanctus, spoliatur appellatione Dei, (quibus tamen & ipsis Dei prædicationem Scriptura largitur) toto cælo, ut dicitur, totaq; Scriptura sacra eos errare censemus. Syllogismus sic habet. Solus Deus Pater, est verus Deus. Non sunt Filius, & Spiritus sanctus solus Pater Deus. Ergo, Filius & Spiritus sanctus, non sunt verus Deus. Si prædicatum Maioris usurpetur sic, ut significet principaliter Verum Deum, Conclusio vera erit. Sin verò significatione hac usurpetur, ut nimirum significet vnum essentialiter & verum Deum, aut non principaliter Deum, ut Maior falsa est, ita quoq; Conclusio. Conclusio in Propositione Antitrinitariorum modo dicta, est minimè accommodata suis promissis, sed ἀναλόγη & ratione Syllogismi. Non enim simpliciter concluditur his ab ipsis positis, Ergo λόγος, & Spiritus sanctus, non sunt Deus, extra Patrem. Quod equidem & nos fatemur verum, si intelligant non de Hypostasi Patris (quæ incommunicabilis est) sed de Essentia Patris, quæ est communicabilis. Nam nec Filius est Deus, nec Spiritus sanctus extra Patris essentiam. Nam in sua essentia, non in sua propria Hypostasi producit Pater Filium, & Spiritum sanctum, Sed alio sensu, quàm modo sumus interpretati, concludunt Filium & Spiritum sanctum, non esse hypostaticè Deum, quia scilicet non sint Pater, qui solus sit hypostaticè Deus, & extra Patrem non posse alium esse hypostaticum, & eò non esse nisi Qualitates quasdam Patris, in cuius Substantia, id est, Hypostasi sint tanquam Subiecto quodam Filius & Spiritus sanctus. Ergo, quum Christus dicit, Pater in me est, & ego in Patre, non sic est accipiendum, quòd videlicet hypostaticè non sint separati, cum non quemadmodum Qualitas est in Hypostasi, ita quoq; in Qualitate Hypostasis inesse dicatur, sed

quod unus in alio sit essentialiter, non sint causæ Essentiæ separarum quiddam. Antitrinitarij porro contra quos superioribus annis scripsi duos libros, essentialiter separatos dicunt, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Hi præsentis Seruetiani Antitrinitarij, nec essentialiter, (vt illi) nec hypostaticè (vt nos) discretos dicunt, quando nimirum λόγος, & Spiritum sanctum, in Patris Substantia seu Hypostasi ab æterno inseparabiliter inesse, tanquam Qualitates, & Virtutes quasdam dicunt: & hac ratione dicunt Filium, & Spiritum sanctum, esse in Patris Hypostasi & Essentiæ, quemadmodum Musica est in Persona & essentiæ Musici, quem sensum alio loco reprehendimus commodiore. Postrema parte Propositionis id quod modò dixi impiè statuitur, quam eò interpretatus sum consentaneè illorum scriptis, & alijs consentaneè etiam Propositionibus, quæ paulò post sequentur, vt rationes errorum appareant. Alioqui posset etiam pars hæc postrema comòdam habere interpretationem propter homonymiã vocabulorũ, qua plerunq; occultant suos errores Hæretici, & speciosè interdum loquantur, vt videantur piè sentire, qui tamen omnes sunt fallaces & subdoli Sophistæ, & non Philosophi, duces nimirum cæci cæcorum propter ignorantiam veritatis. Scripserunt ante aliquot Annos Anacephalæosin quandam omnium errorum Serueti perditissimi hominis, Ministri Ecclesiæ Geneuensis, quam ego per legens, stuporem, futilitatem, inconstantiam, imò insaniam hominis admirari satis non potui. Nusquam certè sibi constat Seruetus, & quum omnia falsissima scribat, ipse tamen subinde mendacijs proprijs sua alia mendacia coarguit propria apertissimè. Inter reliqua scribitur etiam modus, quo præsens Patri ab æterno affuerit Christus, qui sic habet. Naturaliter & voluntariè erat λόγος & Idealis ratio & prolatio, reluctentia Christi apud Deum (similitudinem ἀπαργαζοματος, Seruetus cõparat Phantasmati in Speculo,) Spiritus Christi apud Deum, Lux eius apud Deum, vnde sequitur nullam fuisse Sub-

Hoc loco Seruetus scribit Idealem notitiam Christi in Patre nihil aliud fuisse

se Substantiam, quum figura tantum esset illius rei quæ nondum  
 erat, & interea a Spiritu non differat. Hæc scribuntur à Serueto  
 Dialo. i. pag. 217. Ecquid quaeso illud aliud est, quàm quod a  
 pud Vergilium dicitur, Dant sine mente sonum? Quid quaeso est  
 quod Christum appellat prolationem Patris? quòd Idealem ratio-  
 nem, qualis est in Fabro aut Pictore respectu operis? aut quòd Ide-  
 alem hanc rationem appellat Spiritum Christi? & postea negat fu-  
 isse sonum, quiddam, sed figuram tantum & phantasma? Quis un-  
 quam Spiritum appellauit id quod non est, & phantasma? Vbi  
 nam præterea hæc vocabula reperiuntur in Scripturis? At vobis  
 Seruetianis piaculum videtur, & hæreticum alijs verbis loqui de  
 Deo, quàm Scriptura loquatur. Quàm quaeso iniquam Legem in  
 vosmet ipsos sancitis, & tamen interim vestram præuaricationem  
 non animaduertitis, & quod in alijs reprehenditis, id vobis ipsis  
 tanquàm pium factu permittitis. Declarant hæc verba modum, quo  
 Seruetus, & hi Antitrinitarij. Sectatores ipsius, opinentur in Deo  
 Patre esse Filium, nempe tanquam accidens & vniuersum quoddam,  
 quale est in nobis præcognoscentibus aliquid, priusquam essentia-  
 liter subsistat. Quòd autem extra Patris hypostasim Filius non sic  
 subsistens quiddam, sed in hypostasi Patris sit Virtus quædam, seu  
 Qualitas quædam, seu potentia & plenitudo quædam Dietatis,  
 atq; energæ, Propositione 18. exponitur inferius, vt mihi dubium  
 non sit secta & errore Seruetianos esse harum Propositionum au-  
 tores, presentes nimirum Antitrinitarios. Ergo in Substantia  
 nempe Persona Dei Patris, Filium, & Spiritum sanctum statuunt  
 inesse (quod vltima parte huius Propositionis dicitur) eo, quo iam  
 dictum est modo, deberq; intelligi sic, quum dicunt Filium & Spi-  
 ritum sanctum esse in Substantia Patris ab æterno, tanquam si di-  
 cerent in Patre tanquam subiecto quodam, hos tanquam acciden-  
 tia quædam inesse & tanquam Qualitates quasdam. Nos Filium  
 Dei dicimus, neq; esse extra essentiam Patris, neq; intra hypostasim  
 Patris,



Patris, sed extra hypostasin Patris, & intra essentiam eiusdem,  
 quandoquidem Deus per essentiam, secundum Evangelium Ioan-  
 nis, sit  $\delta$  λόγος, Deus autem Pater,  $\delta$  λόγος esse nequit, quum à  
 se producat  $\tau\acute{o}\nu$  λόγον, & non sit ipsemet λόγος. Proinde quòd  
 Pater sit  $\delta$  λόγος, seu  $\delta$  πᾶρ λόγος, ne Seruetus quidem dicet,  
 multò minus discipuli ipsius, quandoquidem in Hypostasi Patris  
 ipsum λόγον inesse dicant. At quicquid est in Subiecto & in Es-  
 sentia incòmmunicabili, (Græci appellant τὸ δέλε) id omne accidit,  
 cum τὸ δέτε, nec insit, nec prædicetur de aliquo. Ex quo sequitur,  
 eum Essentia Dei, non sit  $\delta$  πᾶρ  $\delta$  λόγος, (siquidem secundum An-  
 ticitrinitarios Seruetianos illos, Essentia Dei, nihil aliud sit, quàm  
 hypostasis sola Patris) in Essentia diuina, Verbum, seu λόγος, sci-  
 licet duntaxat quoddam Patris accidens oportebit esse. Cum enim  
 in Patre sit tanquam in Substantia & Subiecto quodam, λόγος  
 accidens ipsius ex necessitate quoddam erit. Si mutabile sit, Pa-  
 trem scilicet mobilem esse oportebit, & Vertumnnum quendam. Sin  
 mutabile non sit, sequitur, ut Pater non essentialiter perfectus sit,  
 sed ut accidente quodam perficiatur Pater, ut Hominem sua  
 Virtute & Sapientia perfectum dicimus, non ratione essentia sua  
 perfectū. Sed quæso quonā differet Creator à Creaturis? siquidē nul-  
 la Creatura per essentia omnino perfecta est, sed creatura omnes  
 vel ratione ordinis perfectione quadam participant, vel perfectio-  
 nem suam habeant (ut spiritales Substantia) fruentes Deo. Ergo  
 per essentiam seu suapte essentia perfectus & beatus erit Deus, &  
 non aliquo quod ei tanquam accidens inest, siue separabile illud  
 sit, siue inseparabile & proprium. Nos autem & Essentialiter, &  
 Hypostaticè Deum infinitè perfectum esse dicimus, & non aliud  
 ipsum & aliud perfectionem eius esse censemus, quemadmodum  
 aliàs differens Substantia, & accidens ipsius, siue proprium id sit,  
 siue commune. Accidens enim, non est ipsa Substantia, nec vicif-  
 sim Substantia, ipsum est accidens. Nihil autem est in Essen-  
 tia

via diuina, quod non sit Ipsa perfectio, & nequaquam perfectum quiddam aliunde, nempe compositum perfectum ex virtute, & re prædita Virtute, subiecto videlicet Virtutis. Pater itaq; ipsa summa perfectio est, ipsissima & Infinita Bonitas, seu ἀντοαγαθότης. Et cum perfectionis summæ proprium sit, non tanquam hypostasin subijci alij perfectioni, sed efficacem esse ad aliud generandum sibi simile perfectum æquè infinitum, (non enim otiosa potest esse Infinita Bonitas) γεννημα nimirum ipsius, & ab ipsa Bonitate promanans energia, Sapientia & λόγος erit omnipotentis Patris, que ut Pater, ita quoq; ipsa est in numero Principiorum propter infinitatem. Post Bonitatem enim nihil prius est vel antiquius Sapientia, qua λόγος est Dei Patris προϋϋστατος τῆν ἀπείρατον. Bonitas nimirum genita est ὁ λόγος primum τῆν ὄντων, & eorundem etiam extra Deum principium, ut per Quod sunt omnia condita. Supremæ Bonitatis soboles est hæc prima Mens & sapientia, seu ὁ λόγος Dei, omnium σοιῶν simplicissima Idea, cum Patria nimirum ante hanc Vnitatem Vnitatis sit quiddam ὑπὸ ὁμοιοτιον. Bonitas enim Vna & simplicissima, est in causa & origo vniuersa sint id quod sunt. Cum enim in natura rerum omnia sapientissime facta declarare volumus, non habemus aliud, quo istud doceamus, quàm bonitatis respectu, ut cum dicimus non potuisse hæc vel illa melius fieri. Bonitas ergo, character est, quo præsertim Pater declaratur. Vides itaq; & intelligis Patrium characterem rectè Bonitatem ipsam appellari, & γεννημα ipsius esse & dici verissime λόγος, genitam scilicet Mentem, & Sapientiam à Patre productam. De productione etiam Spiritus sancti diceremus, nisi hæc copiosè essent exposita in duobus Libris contra Antitrinitarios. Proinde ἐνεργεια hæc σοιῶδης & γεννημα à Patre promanans, hypostasin Patris non facit perfectiorem, cum perfectissima existens hypostasis Patris non possit esse perfectior, sed nihilominus essentia ipsius Patris perfectio est Filius (quia communicabilis

Prover. 8.

Dominus possedit me initium viae suæ, &amp;c.

Quæ ratio sit

quod ἀντοαγαθότης seu Bonum ingenitum, Patris characterem appellemus.

esse Patris Essentia, non autem Hypostasis ) habens diuersum hy-  
 postaticum esse à Patris hypostasi . Nam his tribus producentibus  
 partim & partim productis principijs omnium eorum quæ sunt  
 extra Deum , essentiam diuinitatis perfectissimam dicimus , ( cum  
 aliud ipsis nihil possit annumerari , ) non quòd in aliqua hypostasi  
 sint perfectiones inherentes tanquam accidentia ( vt videtur An-  
 titrinitarijs Seruetianis ) sed quòd respectu Vnius essentia , ipse  
 sint quadam hypostases seipsis perfectissimæ , & incommunicabilia  
 quadam , qua ratione non possit fieri vt vnum alterius sit perfectio,  
 vt Accidens, esse Subiecti perfectio . Etenim simpliciter perfecti-  
 sic est comparatum, vt ei adnumerari nihil possit, quo sit perfectius,  
 qua ratione, Essentiam diuinam ( quæ tribus finitur personis ) ab-  
 solutè perfectam dicimus , quia nihil esse, quo possit esse perfectius  
 quiddam . Et prætereasingulas Essentia huius personas , seipsis  
 quoq; perfectissimas, cum Ingenitum sit ipsissima perfectio Patris,  
 & Genitum esse à Patre, perfectio sit Filij, & Procedere ab verisq;  
 perfectio sit Spiritus sancti . Nam si λόγος accidere dicamus hy-  
 postasi Patris, derogabimus perfectioni Hypostatica Patris, At  
 si λόγος produci dicamus à Patre, & hanc productionem ætternam  
 propriè inesse Patri fateamur, ad perfectionem nimirum hoc per-  
 tinebit Patris, cum sine productione scilicet alterius hypostaseos,  
 Pater nequeat intelligi. Quo posito, sequitur illud etiam, ratione  
 perfectionis vtriusq; vt propter essentiam communem, Pater sit in  
 Filio, & Filius vicissim in Patre, id esse, in Patris essentia, qua  
 reciprocatio locum non haberet, si λόγος tanquam qualitas &  
 Virtus quadam in Persona, & non in Essentia Patris inesse di-  
 ceretur. Patri ergo quatenus Pater nihil adnumerari potest, quo  
 sit perfectius quiddam, nec Filio, quatenus Filius, nec Spiritum  
 sancto, quatenus Spiritus sanctus, cum sint semetipsis perfecta  
 tres hypostaticæ omnipotentia origine discrepantes, non essentia.  
 Plenius & copiosius hæc aliàs à nobis sunt exposita, quæ deliba-

re duntaxat in praesentia mihi visum est. Non ergo Hypostasis est in hypostasi, sed hypostasis est in alterius hypostaseos essentia, qua ratione Vnum dicuntur Pater, & Filius, & Pater, in Filio esse, & Filius, in Patre, ut cum dico Animam Sentientem, esse in Intelligente, & Intelligentem, in Sentiente, sic intelligi volo, non quod Sentiens diuina sit in Intelligente, tanquam accidens in Subiecto, sed quod ambae diuinae, id est, potentiae sint Vnius essentiae, seu Animae partes, non disclusae locis, aut ratione quantitatis diuiduae, Vnam scilicet & indiuiduam Animae essentiam constituentes, non ut vna alteri tanquam accidens quoddam insit. Non enim est Sentiens in Intelligente, tanquam Accidens quoddam in Subiecto, nempe hoc modo quo Seruetiani Filium, seu λόγος, & Spiritum sanctum, in Substantia, seu hypostasi Patris vnicui Dei esse dicunt, nempe tanquam Qualitates quasdam, pro quo nos dicimus eos esse in Essentia Patris tanquam Personas.

## Propo. V.

Is solus est verus Deus Vnus, quem Christus agnouit & inuocauit. At Christus solum Patrem agnouit & inuocauit pro vero Deo, Ioan. 17. Matth. 11. Ergo Solus Deus Pater, est Vnus verus Deus, non alius extra Patrem.

**P**ropositio haec simili laborat equiuocatione, & concedimus omnia, si Patrem non simpliciter, sed principaliter, respectu à se productorum, solum verum & vnum Deum quispiam appeller, de quo saepius iam dictum. Et hoc modo non est alius Deus extra Patrem, à quo sunt omnia, nec alius extra Filium, per quem sunt omnia, nec alius extra Spiritum sanctum, in quo sunt omnia.

## Propo. VI.

Nullus est verus Deus extra illum altissimum, cuius Vnigenitus Filius dictus est IESVS Christus Ioan. 1. Luc. 1. At solus Deus Pater est is, cuius Vnigenitus Filius dictus est IESVS Christus,

Ergo solus Pater est Vnus verus Deus, non alius extra ipsum.

**S**yllogismus ita consiciendus erat. Nullus verus Deus est extra essentiam Dei Patris altissimi, cuius Vnigenitus Filius dictus est IESVS Christus. Sed λόγος, seu Filius Dei, est verus Deus. Ergo λόγος seu Filius Dei non est extra essentiam Patris. Nam Paulus benedictum Deum, & Ioannes, verum Deum, Filium appellat, ut supra est dictum. Ergo, λόγος Dei non est extra essentiam Dei Patris altissimi, cuius Patris Vnigenitus Filius dictus est IESVS Christus. Nondum probasti, Heretice, λόγος extra essentiam Patris, ut quem etiā valde impie dixeris, non tanquam hypostasin, sed tanquam accidens quoddam in Hypostasi esse Patris ab æterno, præcedente Propositione. Nos Filium dicimus secundum Scripturam sacram in sinu Patris, nempe in essentia Patris esse, tu extra sinum Patris illum paradoxismis tuis detrahis, & ex Deo Filio facis accidens & creaturam. Vides ergo quā consentaneè Scripturis argumenteris, & quæ præcipua errorum & blasphemia tibi sint proposita. Huius Propositionis Syllogismus declarat, quā egregij argumentatores & Dialectici sint Anitritinarii, nullus enim Rusticus tam inrudite argumentaretur, & tam incondite.

### Propo. VII.

Ille solus est verus Deus vnus, qui conseruat omnia Verbo, & Spiritu suo. At is non est alius quā Pater solus, habens in se λόγος, & spiritum ab æterno. Ergo, Solus Pater est vnus verus Deus.

**I**terum æquiocatione Vocabuli Dei fallit, & fallitur Anitritinarius. Suprà in Hypothesibus, eius Vocabuli significata distinximus. Proinde in Maiore, Deus verus & vnus, significat vnum Deum essentia, qui nimirum est, desinente Paulo, à quo, per quem, & in quo sunt omnia. At alibi D. Paulus Vnum Dominum IESVM Christum esse dicit, per quem sunt omnia. Ergo Dei

Dei quoque vocabulū Christo, tanquā diuinæ hypostasi (nam Christum ex Maria natum Antitrinitarij, illi duntaxat fatentur esse hypostasin, & non speciem hanc Christi imaginariam in hypostasi Patris tanquam accidens quoddam adumbratam) congruere cogentur & ipsi fateri. Sed inquirunt, λόγος dicitur Dei Patris esse, non quia in essentia ipsius sit hypostaticum quiddam, sed quia sit diuinitatis quædam, seu qualitas in persona Patris quædam. Aliquid ergo, ô Hæretice, in Patre est, quod non sit ipse Pater. Sequitur ergo, ut Pater compositum quiddam ex subiecto & accidente sit, & quandam perfectionem habeat, & non sit seipso simplex perfectio, quod profecto à natura diuina alienissimum est. Concludendum igitur, Solus Deus Essentia, id est, Diuina essentia, est vnus verus Deus. At Deus vnus Essentia, est Deus Pater, cum Deo Filio, & Deo Spiritu sancto, hypostaticè discrepantibus omnia creans, & omnia conseruans. Nam Deus Pater duabus diuinitatibus à se hypostaticè productis differentibus, & secum vnā diuinitatis essentiam constituentibus, non tanquam virtute & qualitate quadam ac non participantibus communi Patris Essentia, sed inhaerentibus duntaxat paterna hypostasi tanquam Subiecto cuidam (pro eo ut somniant Seruetiani) creat & conseruat omnia. Omne enim accidens & finitum est, & in finito Subiecto inest. At quod creat omnia, & quibus creantur omnia, ipsa infinita esse principia oportet. Quare principia hæc nec Accidens Patris quoddam erant, nec aliquid quod participet quodam accidente. Nam accidens, determinatio quædam est, & illud cui inest Accidens, quiddam finitum & terminatum existit. At Deus, principium & finis est omnium, quare à nullo alio finitur, & eo infinitus quoque dicitur, quia ratione non potest esse nisi simplicissima quædam Essentia, expers omnis materia, & omnium accidentium, cum omne prædictum Accidente, sit compositum, & omne compositum, causam habeat, omne autem causam habens, principium simpliciter esse nequeat,

queat, Deus autem simpliciter est principium, & finis omnium.

Propo. VIII.

Nullus est Deus alius, nisi is qui promisit se effusurum Spiritum suum super omnem carnem Ioel. 2. At is solus Deus Pater est Ioan. 15, Act. 2. Ergo solus Deus Pater est Unus verus Deus.

Ioan. 16.

**S**piritus sanctus est (à Patre Filioq; procedens) energia quædam hypostatica, sine qua Pater, & Filius extra se nihil faciunt, opera enim Trinitatis ad extra sunt indiuisa. Eodem modo probatur etiam Spiritum sanctum non esse tanquam accidens quoddam in hypostasi Patris, quo argumento paulò antè probatum est, non esse λόγος ut accidens in Patre tanquam Subiecto quodam. Ergo ut Filius suum hypostaticum esse acceptum fert Patri, ita Spiritus sanctus suum esse habet à Patre & Filio. Non loquitur (inquit Christus) à semetipso, sed quæcumq; audierit, loquitur, quia de meo accipiet. Omnia enim quæcumq; habet Pater, mea sunt. Propterea dixi quòd de meo accipiet. Si quis verba hæc explicare velit Seruetianis hypothesebus fretus, ipsa Chimæra monstruosam interpretationem offeret. Quod habet, Subiectum & hypostasis est, Quod habetur, accidens est. Ergo Pater habet λόγος, & habendo ipsum, dicitur omnia facere secundum istos Antitrinitarios, ut vir habendo prudentiam, dicitur prudenter agere. Prudentia autem est accidens, & perfectio prudentis, quæ prudentia non ut hypostasis dicit se habere aliquid ab eo à quo habetur. Alioqui Accidens seipso aliquid esset & ἑωυτοῦ quoddam seu ὄντος, si haberet quidpiam in se quo per se perficeretur. Sed λόγος dicit se habere omnia, quæ habeat Pater. Nos alioqui propter ruditatem sensuum, quicquid perfectum est, id habendo perfectum esse dicimus. Umbra istarum locutionum atq; balbuties nostra ad res diuinas etiam transfertur, quæ tamen seipfis sunt ipsamet perfectiones, & non habendo aliquid, perfectum quiddam existunt.

stunt. Quis dicit, Omnia quæ habet Pater, mea sunt? λόγος hoc dicit, qui principium illud, à quo sunt omnia, Patrem suum dicit, & simul etiam seipsum Filium dicit esse principium. Sed λόγος in Patre, non est hypostasis, ut dicunt Seruetiani, quare accidens erit, nimirum perficiens hypostasin Patris habitus quidam Qualitas, & ἐπίκλησις sapientia. Si igitur λόγος ea omnia dicit sua esse, quæcumq; habeat Pater, & Pater in se habeat λόγος, (pro eo ut videtur Seruetianis illis) sequitur ut λόγος habitus seu ἐξίς Patris, ipse seipsum possidere & habere dicatur, quo nihil dictu est monstruosius. Ut interim non dicam omnino hypostaticas res significari his formulis loquendi, quum dicitur, quicquid habet Pater, & quum dicitur, mea sunt. Non enim Accidentia, sed logicæ hypostases, & personæ sic loqui, & dicere consueuerunt. Sic de Spiritu quoq; sancto dicitur, De meo accipiet, ex quo sequitur, ut Spiritus sanctus, non tantum in Patre, non sit accidens quoddam, sed ut extra Patrem, & Filium, sit hypostasis quædam, suum Esse accipiens à Patre, & Filio. Quum in creatis rebus nihil sit per Essentiam perfectissimum, (summa enim cuiq; rei perfectio per Accidens inest, & eo dicitur accipere, aut habere perfectionem) similem quoq; phrasin transferimus ad res diuinas balbutiendo, ut quum dicitur à Christo, omnia quæ habet Pater, mea sunt, & iterum, Spiritus sanctus, de meo accipiet, quum tamen Pater suam perfectionem non habeat, sed per essentiam sit ipsa perfectio simpliciter ingenta, & λόγος, quem producit sub ratione qua Pater est, necesse etiam est esse hypostasin, cum Pater sine Filio, tanquam correlato, nequeat intelligi. Terminus porro, seu Subiectum huius correlati, ex necessitate est hypostasis quædam, & non accidens quoddam Patris. Non enim Pater suam per accidens perfectionem producit. Quare si suam simpliciter perfectionem produceret ipsum, sese producere quidpiam diceretur, quod est impossibile. Producit ergo Pater simpliciter perfectio summa & ingenta, per-

fectionem



fectionem summam & genitam extra suam hypostasim, sed intra essentiam suam maiestate sibi æqualem, nempe λόγου, qui ad producentem refertur, ut ad Patrem, quare Filiū quoq; ipsum oportet productum quiddam à Patre differens ἕως ἄσπετος esse. Cæterum productum λόγου Serueticam quoq; extra essentiam Patris esse negāt, quum videlicet ipsum Qualitatem & Virtutem quandam Patris esse dicunt. At cum λόγος accidens Patris non esse possit, (ut demonstratum est) necesse est, ut sit quiddam in ἑσῆς & discrepans ὑπόστασις. Ergo si non est in hypostasi Patris, neq; ut Accidens, neq; ut simpliciter perfectio, sequitur, ut sit aliquid in Essentia Patris. Nam alioqui penitus extra ἑσῆς Patris erit λόγος, quod tamen non volunt, nec fatentur etiam Serueticani. Aut igitur erit λόγος in essentia Dei Patris, tanquam materia quadam, aut Subiecto quodam, aut erit in ipsa, tanquam pars totius essentia simplicis, & non tanquam cum materia, aut Subiecto compositum quiddam, quæ composita essentia aliās in Philosophia non appellatur simpliciter seu ὅλος ὅλον, seu indiuiduum totum, sed σῶλον, diuiduis nimirum partibus totius Essentia existentibus, aut in materiam & formam, aut in Subiectum & Accidens. Intellectus noster simplex, & alioqui separabilis à corpore, producit (propter animam informantem corpus) tanquam hypostasim à se diuersam, ratione tamen ἑσῆς Anima non separatum aut separabilem intellectum, sed compositum, & quatenus compositum, hac ratione ὑλικόν, & quoad ὑλικόν, hac ratione capacem Idearum, quibus perficit ipsum Mens seu Intellectus simplex, seu ψυχικόν. Dicitur & hic Intellectus sic compositus in homine, λόγος, cuius hypostaticum esse ex eo cognoscitur, quòd nimirum ei Scientia insunt, & ἁνεπιπέδον quoddam est habitu acquisitarum Idearum perfectum. Et Præterea Intellectus agens, ipsum scientiis informans, ἕως ἄσπετος, non essentia differens, lumine suo nihilominus perficere ipsum dicitur. Si Anitritinarij essent eru-

diti in Philosophia tum facilimè cum his transigeretur. Sed di-  
 sputans aliquis cum hominibus Philosophia ignaris de sublimi-  
 bus his, arduis & diuinis rebus, perinde faciat atq; si cum cæco de  
 coloribus disputare conetur. Nihilominus propter pios, & eruditos  
 viros, & in primis propter honorem Dei omnipotentis, exquisitis-  
 simis argumentis contra blasphemias illos disputare institui, qui por-  
 ro habent aures ad audiendum, & intellectum ad intelligendum,  
 illi audiant & intelligant quæ dicuntur. Ostendimus in homine  
 esse duos intellectus hypostaticè differentes, nihilominus essentia  
 Anima vna quiddam essentialiter vnum existentes. Eodem modo  
 dicimus in Essentia diuinitatis Vna, inesse Mentem ingentam  
 (quam aliàs caractere Bonitatis designauimus) & Mentem præ-  
 terea genitam, quam Scriptura appellat λόγου Dei genitoris, seu  
 Patris. Plato, Patrem illum, in Philebo nominat, ἢ ἄρ' εὐστόλῳ,  
 quod est, Mens, alterius Mentis generatrix. At Mentem geni-  
 tam, appellat, βασιλικὸν ὄψρ, & λόγου θεοῦ, quem alicubi dicit  
 esse Regem cæli & terræ, per quem omnia sint condita, ut scribit  
 in Epinomide. Sed genita hæc mens à Deo Patre, non est compo-  
 sita, & non est ὑλική, id est, materialis quædam hypostasis, cum  
 sit causa essentia suæ diuinæ, non autem habitu perfectum quid-  
 dam, aut tale quod qualitate quadam perfici possit, accipiendo ni-  
 mirum quandam sapientiæ informationem, sed ipsamet simpliciter  
 est infinita perfectio & sapientia, per quam Deus Pater omnia  
 condiderit. Quomodo noster λόγος, & Dei λόγος discrepent, &  
 præterea quid simile habeant, hæctenus planum fecimus. Quo per-  
 spicitur, λόγου Dei Patris, ab ipso Patre productum, neq; in essen-  
 tia Patris inesse, tanquam formam in materia, neq; etiam ipsum  
 λόγος, tanquam accidens quoddam, in hypostasi Patris inesse, sed  
 extra hypostasin Patris productam hypostasin, non extra essentiam  
 hypostaseos, sed esse partem essentia diuinæ, totum indiuiduum  
 Deum cum Patre & Spiritu sancto constituyente, id est, essentiam

Sic in nostro In-  
 tellectu produ-  
 ctum νοήμα ab  
 agente intellectu  
 non est in ipso  
 agente, & pro-  
 ducente, sed in

patientem tanquam  
Subiecto quodam.

Trinitatis vnā indiuiduam, & non ut  $\epsilon\omega\lambda\omicron\upsilon\upsilon$  quiddam compositam ( quemadmodum humana mentis  $\lambda\omicron\gamma$  & est compositus ) sed eo modo partem essentiae Diuinae totius quamlibet esse hypostasim, quo Anima partes nihil aliud, quam  $\delta\upsilon\omega\mu\epsilon\tau\epsilon$  suas esse dicimus, quarum vna, non sit in alia, tanquam accidens quoddam, nec omnes sint in essentia vna Animae, tanquam in Subiecto, aut materia quadam. Qui ista non intelligit, persuaderi ei nullis rationibus poterit, Vnum essentia, esse trinum hypostasisibus, & hypostasisibus trinum, nihilominus Vnum essentia existere. Restat ut Propositionis quoque falsitatem coarguamus. Ille solus, inquit, est verus Deus, qui conseruat omnia Verbo & Spiritu sancto. Concedimus quod dicitur, verum esse, si Verbum & Spiritus sanctus pro subsistentibus rebus, & non pro accidentibus Patri quibusdam qualitatibus usurpentur. Iam pluribus argumentis est demonstratum, Verbum, & Spiritum sanctum, in hypostasi Patris non esse accidentia, quibus persiciatur, sed in Essentia ipsius esse quasdam hypostasies, id est, res quasdam incommunicabiles. Ut ergo absurdum dictum est, si quis Patrem respectu sui ipsius Patrem esse dicat, ita quoque absurdum est, si quis Patrem  $\tau\epsilon$   $\lambda\omicron\gamma$ , tanquam Filij à se producti, Patrem dicat, quatenus  $\lambda\omicron\gamma$  sit tanquam productum accidens quoddam Patris. Quòd si quatenus Pater  $\lambda\omicron\gamma$  producit, utiq;  $\lambda\omicron\gamma$  Filium esse oportet, cum Filius, ut productum ad Patrem producentem referatur. At Filij vocabalo significari hypostasim quandam, & non accidens quoddam Patris, nemo ea intelligens quae diximus ignorat. Id ipsum quoque Personalia praedicata in scripturis passim declarant, ut quando Filius missus dicitur, & à Ioanne, apud Patrem Deum,  $\delta$   $\lambda\omicron\gamma$  non in Patre Deo dicitur esse, tanquam conceptus animi, & Phantasma quoddam Seruetianum, & gloriam tanquam seipso subsistens quiddam, & non tanquam Qualitas quaedam, ante conditum mundum habuisse dicitur. Item cum dicit, Ego, & Pater vnum sumus. An-

non Persona est, quæ dicit, Ego, an fortasse Grammatici non sunt Antitrinitarij qui negant, Ego, Tu, Ille, pronominiibus personas distingui? Distinguuntur perpetuò & passim his pronominiibus, & personalibus etiam epithetis, Pater, Filius, Spiritus sanctus in sacra Scriptura, quam illi miserè ad suū errorem & perniciem detorqueunt. Sic Christus de Spiritu sancto, loquitur: Paracletus autē ille, quem mittet Pater nomine meo, ille vos docebit omnia. Et rur-

le, quem mittet Pater nomine meo, ille vos docebit omnia. Et rur-

sus: Ille me glorificabit, quia de meo accipiet. Ille, Personam significat, item, Me, Personam significat, & præterea Accipere personale prædicatum est, & non alicuius Accidentis, quod personæ accidit. Nam alia est, quæ accipit, & alia, à qua accipit. Grammatica potuit vos, ô miseri homines, erroris vestri cōmonescere. Ex hypothesebus Hereticorum si ista velimus interpretari, tum falsitate interpretationis ipsius perspicuum erit quàm sint falsa ipsæ hypothese. Primum constat, ipsum τὸ δέ τι, seu personam, & personam accidente prædicatā, idem numero esse, vt Socrates, & Socrates albedine præditus, vnus & idem numero est Socrates. Ita quoq; Pater, & Pater, in quo est, λόγος & tanquam Qualitas, & virtus quædam, vnus numero est Pater. Deinde si λόγος, qualitatis est nomen, cuius subiectum est Pater, ουανύμωσ seu vniuocè λόγος de Deo non prædicabitur, neq; etiam de Patre Deo (cum sit eius Accidentis) quem Patrem solum & vnum Deum Antitrinitarij esse dicunt. At de Deo, seu diuina Essentia, non de Patre, dicitur ὁ λόγος ουανύμωσ, nempe Vniuocè, & quòd Diuina Essentia, sit ὁ πῶρ ὁ λόγος, testatur Euangelium Ioannis. Quòd si Qualitas Patris quædam esset ὁ λόγος, de essentia vniq; diuina nequaquam vniuocè prædicaretur. Quòd si diuina essentia, nihil aliud est, quàm hypostasis Patris, (vt somniant Seruetiani illi) & λόγος nihil aliud est, quàm Qualitas & Virtus Dei Patris, quæso dicas nobis Heretice, qua ratione vniuocè & quatenus ὁ πῶρ ὁ apud Ioannem ὁ λόγος predicetur de Deo, cum

Ioan. 14.

Ioan. 16.

Probatur Seruetianos esse Patrialsianos.

Ostenditur quòd, λόγος

non possit Qualitas esse Patris.

Qualitas de Hypostasi non nisi Denominatiuè seu  $\pi\rho\omega\sigma\iota\mu\omega\varsigma$  prædicari possit aut debeat? Ergo ut Socrates non est albedo, sed albus, ita Deus vester, non erit λόγος appellandus, sed Logicus. Quum autem Logicus ille Deus, sit idem numero cum Patre, sequitur Patrem incarnatū esse, (Qualitas enim illa & virtus, tãquam accidens, sine Deo Patre carnem assumpsisse ne fingi quidem coniectura quadam poterit) & concludendū non λόγος ipsum ante secula existentem, incarnatum sine Patre esse, quæ ex Diámetro certe cum sacris pugnant Scripturis. Nam Scriptura dicit, ipsum λόγος separatim, & non Logicam hypostasin (quam illi Patrem esse dicunt) assumpsisse naturam humanam. Rursus oggannunt nobis Hæretici, & λόγος interpretantur fuisse Christi ipsius Vmbrailem figuram, & phantasia quadam Dei Patris expressam imaginem & speciem Christi, quæ solida postea carnis & corporis essentia, quando nasceretur ex Maria virgine, hypostasin habuerit, quam Corporis quadam essentia definiunt, cuius εἰκὼν fuerit, & umbra in conceptu Patris eterno. Ut si Faber Ideam domus, intra se adumbratam, producat extra se, se ipsa subsistentem efficiens domum. Tale figmentum est Antitrinitariorum illorum, cuius horrenda, impia, & blasphemæ antecedentia & consequentia vix cogitando & scribendo satis quispiam explicabit. Turcæ, aut Iudæus de Deo tam impiè non sentiunt, quàm vâcordes illi & crassi Antitrinitarij, qui præ insania & stupore mentis non intelligunt quid passim effutiant. Deum Patrem, non simpliciter & essentia perfectū, sed qualitate et virtute  $\tau\epsilon$  λόγος quadam, quæ ut ei qualitas accidat, ipsum esse perfectum dicunt. An non Accidens omne, & præterea omne in quo insunt accidentia, creatura est, cum huiusmodi scilicet omnia sint composita? Ergo non tantum Christus, sed etiam Pater Christi, Deus ille vnus & Solus Antitrinitariorum, creatura quadam erit composita ex Subiecto & Accidente, quem Turcæ tamen & Iudæi omnes compositum ex accidente,

dente, & Subiecto quiddam, & creaturam esse negant. Ioannes Eu-  
 angelista, inquit, Spiritum sanctum, à Patre procedere, non autem  
 ipsam in Hypostasi Patris quandam esse energiam, aut vim conso-  
 latricem Patris quandam, quæ nimirum συμπλεκτικός quoddam  
 sit & actio duntaxat Patris. At energia hæc si sit in Patre, tan-  
 quam subiecto, non spiritus sanctus, sed Pater, hac energia erit  
 ὁδὲ γαλκός, nec Spiritus sanctus à Patre, sed ipsa energia, tan-  
 quam accidens, ab hypostasi Patris procedet, idemq; numero erunt  
 Pater, & Spiritus. S. id est, Pater ille ὁδὲ γαλκός. At Scriptu-  
 ra prius à Patre procedere per λόγον Patris, Spiritum sanctum,  
 tanquam potentiam, quæ nõ sit accidens, quàm mittatur, & sit in  
 hominibus ὁδὲ γαλκός, testatur. Quamobrem actio (quæ sine Pas-  
 sione recipientis Subiecti nequit intelligi) non erit Spiritus san-  
 ctus, sed seipso quiddam subsistens, nempe Omnipotentia quædam  
 procedens Dei, in Essentia diuina subsistens, & non Patriæ hypo-  
 stasi inherens quædam energia. Alioqui enim quomodo procede-  
 ret à Patre, & quomodo alius à Patre esset Spiritus sanctus, si  
 qualitas quædam, & plenitudo, seu perfectio quædam Patris ip-  
 sius Diuinitatis esset? Cum enim sit alius consolator, sequitur, ut  
 non sit neq; Pater consolator, nec Filius, sed ab utrisq; missus alius  
 hypostasi consolator, non essentia alius. Prius ergo Spiritus sanctus  
 seipso quiddam subsistens intelligitur esse, & quiddam procedens  
 potentia & non energie nomine à Patre, quàm mittatur ratione  
 energie suæ in Corda & animos fidelium Christi, tanquam legatus  
 quidam omnipotens Patris, & Filij. Præterea si Filius, & Spiritus  
 sanctus in Essentia diuina non sunt Hypostases, sed in Hypo-  
 stasi Patris sunt accidentia quædam, sequitur, ut Patris essentia  
 hypostatica quibusdam accidentibus sit perfecta, ut aliàs diximus,  
 & ipsum Patrem, ut Deum & Hypostasin, quiddam imperfectum  
 seipso esse, & non esse ipsissimam virtutem, & ipsissimam plenitudi-  
 nem diuinitatis seipsa subsistentem, qua ratione rursus magis impie

de Deo Antitrinitarij quàm Turca aut Iudei sentiunt, qui Deo nihil simplicius esse putant, & ipsum nequaquam (ve creaturas) accidentibus perfectum quiddam esse censent. Ergo in Ioële, Deus Pater, Spiritum suum, nõ appellat in seipso Qualitatem quandam inherentem, sed hypostasim quandam à se in eadem Essentia procedentem, qua promittit se tanquam producta à se potentia velle esse actuosum in fidelibus, quam scilicet energiam, effusionis epitheto declarauit, qua hypostasis Spiritus procedens, Patris hypostasim, tanquam accidens, non perficiat, sed sit à perfectissimo, perfectissimum quiddam productum, & non sic productam, ve vnum sit perficiens, & alterum tanquam perfectum quoddam, qua ratio perfectionis Deo nequaquam congruit.

## Propo. I X.

Impium est fateri tres Deos, & vnum, dicere Tria, ex Vno Iehoua facere tres. Sed docere Triadem, tres personas indiuiduas, & subsistentes, est docere tres Deos. Ergo Trinitas personarum non est docenda.

**V**ocabulum Dei omnium Confessione & ὁμοῦ, id est, Essentiam significat. Ergo de quocumq; predicatur Deus, aut si de Deo Prædicetur aliquid ὁμοῦ, id est, vniuocè ipsum & ὁμοῦ, id est, essentiam quandam esse oportet. At in Epistola Pauli ad Romanos, & in Canonica Ioannis (ve aliàs ostendimus) ceretum est, Deum prædicari de Verbo, & in Euangelio Ioannis, de Deo prædicari vniuocè λόγος, ne Seruetiani quidem negare possunt. Ex necessitate igitur Verbum, seu λόγος, ratione essentia diuine participabit, ac nec Dei Patris πατὴρ proprium quoddam, nec perficiens hypostasim Patris, accidens, seu συμπεφυκὸς quoddam erit λόγος. Quinetiam, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, cum sint vnum essentia, non autem vnum Subiecto, & compositum quoddam, ac creatum Vnum, (quemadmodum Accidens & Subiectum vnum

Unum Subiecto dicuntur) necesse erit Spiritum quoq; Sanctum ratione eiusdem essentiae non minus Deum esse, quam Patrem, & Filium, cum Deus sit à quo, Deus etiam sit, per quem, & Deus sit, in quo sunt omnia. Itaq; secundum Scripturas pium est fateri tres Deos, non essentialiter tamen, sed hypostaticè differentes. Qui enim confitentur Tres Deos essentialiter differentes, illi non minus sunt impij Antitrinitarij quam vos sitis, & quorum errorem non minus quam vestrum iam ante biennium confutauimus. Proinde Minorem Propositionem vestrae Conclusionis, quae est: Sed docere Triadem, tres personas indiuiduas, & subsistentes, est docere tres Deos, falsam respectu triplicis essentiae esse dicimus. Non enim docemus tres Deos essentia discrepantes esse, sed tres, τρεῖς ἀότῳ distinctos. Quomodo autem tres personae, nihilominus essentia sint a quid Vnum (quod absurdum dictu propter ineruditionem omnes arbitrantur Antitrinitarij) planissimè docuimus in libris duobus contra Antitrinitarios, qui sanè oppositum errorem huic Seruetiano ruentur. Nam nec illi videre possunt, propter ruditatem & ignorantiam verae & solidae Philosophiae, ac Theologiae, quomodo vnum essentia, possit esse tria, & tria, quomodo possint esse vnum, sed semetipsos paralogismis quibusdam decipiunt.

## Propo. X.

Quod non docent sacrae Literae de Deo, temerarium est, id assertere. At tres fuisse distinctas & indiuiduas vnus Diuinitatis personas ab aeterno, non docent sacrae Literae. Ergo id asserere, temerarium est.

**V**era Maior est, sed Minor Propositio falsa. Nam non eisdem verbis, quibus nos utimur, tamen eodem sensu ista proponuntur & docentur in sacris Literis, licet enim commodius, & planius his verbis Scholasticis sensum obscurum Scripturarum interpretari. Quia nec Pater, de Filio, nec Filius, de Patre, nec Spiritus



*Spiritus sanctus, de utroque, nec uterque, de Spiritu sancto, predicari potest, nec non quia nec Filius inhaeret Patris hypostasi, nec Pater Filij, quoad his modis incommunicabiles sunt, & seipsis substantientes, non cum alio quodam constituentes aliquid diuinae ista & omnipotentes diuinae, quatenus vna non praedicatur de alia, nec vna alteri, tanquam accidens aut proprium, & inest, sed personae, & hypostases appellamus, sic discrepantes, quandoquidem in Logica Philosophia, personam, & vnum numero, seu τὸ ἓν, appellemus, quae nec inesse alij, nec predicari de aliquo possunt. Quod autem tria haec nulli insint tanquam Accidens, & praeterea etiam quod de nullo alio praedicentur, partim Scripturis est manifestum, partim ex his quibus supra errorem Seruetianorum confutauimus, perspicitur. Ergo nostra interpretatio & expositio non abhorret à sensu Scripturarum. Deinde, cum Deus praedicetur de tribus his, & tria haec praedicentur de Deo vniuoce in Scripturis, etiamsi Dei vnius essentia appellatio non reperiatur in Scriptura, tamen rei significatae, & his etiam verbis exposita reperitur eadem veritas, nempe idem sensus, quibuscumque tandem verbis is exprimitur, quibus veritatem Scripturae consentaneè interpretamur. Non enim falsum est, quod verbis alijs, sed falsum est, quod sensu discrepante à veritate Scripturarum, defenditur, quod equidem Orthodoxi & Catholici veri non faciunt, sed Antitrinitarij, qui & ipsi ( quantumuis hoc ipsum in nobis reprehendant ) verbis inusitatis Scripturae sensum exprimunt, cum Scriptura nisiquam, ὡς ὄνομα, Qualitatem Dei Patris, aut plenitudinem appelleret, nec alijs quibusdam, quibus ipsi vtuntur, vocabulis in officina illorum natis, vsa fuerit, vt interim nihil dicam de monstruosis Serueti figmentis, quae non nisi monstruosis, & inusitatis oculis, & quas ne ipsi quidem auctores intelligant, explicari potuerunt. Ex quo facile intelligitur, qualis sit Spiritus Antitrinitariorum, qui an alijs reprehendunt, quod ipsi licentissimè, & profligatissimè faciunt.*

eiunt, non interpretandos, sed confundendo & obscurando, falsis & alienis interpretationibus veritatem Scripturarum.

## Propo. XI.

Personæ Substantialis (non relatiuæ) proprium est, per se subsistere separatim, & habere suum esse peculiare, indiuiduum, incommunicabile & distinctum. At in Diuinitate non possunt tales Personæ existere. Ergo nec asserendæ sunt. Minor probatur. Quia tres separati Dī forent essentialis, seu peculiare, & distinctum Esse habentes.

**D**istinguit in hac Propositione Personam Substantialem, à Relatiua. Substantialem Personam appellat, essentialis suæ gratia ab omni alio distinctum quiddam, vnam ad numerum, & incommunicabilem existentem. Nos cum Ecclesia Catholica Substantialis Personæ, non vnam (vt Antitrinitarij) sed duplicem rationem esse dicimus. Vnam, quando & quatenus per essentialiam indiuidua quædam, & incommunicabilia sunt, inter se discreta, quæ apud Dialecticos, τὸ δὲ τι, & primæ Substantiæ appellantur. Alteram, quando incommunicabilia & indiuidua vnum quiddam ad numerum, ratione Essentialis constituunt, vt Potentiæ Animæ, (prædicatione, & Subiectione etiam incommunicabiles) sunt vnum aliquid propter vnam Animæ essentialiam, & tres item omnipotentes Vnius essentialis Dei δυνάμεις, vnum quiddam Essentialis dicuntur esse, nempe Vnus essentialis Deus. Sed quia potentiæ illæ tres, proprietatibus personarum participant, quarum vna est, vt prædicari vna de alia non possit, altera est, vt vna alteri, tanquam accidens, nō insit, propter hanc similitudinem, interpretes diuinorum, has Essentialis diuinæ tres omnipotentias, personas etiam, & Hypostases appellarunt. Personæ dicuntur Petrus & Paulus, quæ causa sit quod tres omnipotentis Diuinitatis appellerentur personæ. quia nec prædicantur de aliquo, nec insunt in aliquo, tanquam in subiecto, sed seipsis sunt ὅτι οὐκ ἔστιν, id est, ipsum ens, & τὸ δὲ τι, id est, tur personæ. hac aliquid. Quoniam vt Aristoteles scribit, τὸ τὸ δὲ τι, ταῖς δυνάμεις

ἡ ἀρχὴ τοῦ νοῦ, id est : Hoc aliquid esse duntaxat Substantij  
 adscribitur . Quamobrem quid vetat quo minus omnipotentia  
 quoq; illas hypostaticas, appellemus Personas, cum quæq; harum  
 & causa prædicationis sit incommunicabilis, & in aliquo Subiecto,  
 tanquam accidentia, non insint? Nam quòd in Essentia diuina  
 dicuntur inesse, non ei insunt tanquam Subiecto cuidam, sed vt  
 partes Essentia, in tota essentia, & vt partes definitionis, sunt in  
 tota definitione Essentia alicuius, nihilominus vt τὸ δὲ λέ, id est,  
 hoc aliquid, & persona vna, alteri non inest, & vt Petro Paulus  
 non inest, ita hypostasi Patris, Filius non inest, licet essentia Pa-  
 tris insit, sed non vt subiecto, sed vt pars essentia, toti Essentia, vt  
 facultas sentiens, in tota Anima. Minor igitur huius Propositi-  
 onis est falsa, quæ sic habet: At in diuinitate non possunt tales  
 personæ existere. Etenim personæ Diuinitatis, conditiones & pro-  
 prietates personarum sensilium duas has habent, quarum vna est,  
 de nullo prædicari, altera, nulli tanquam Subiecto inesse. At quòd  
 personæ sensiles, & creatæ etiam essentialiter sunt discretæ, ac  
 numero essentiarum differunt, id eis propter materiam accidit.  
 Vna enim essentia, numero sit multiplex materia consortio. At  
 Diuina essentia Patris cum sit principium principiorum, materia  
 penitus est expers. Quamobrem impossibile est, vt diuina per-  
 sonæ sint tres essentia separati Dij, quòd probatione Minoris fingi-  
 tur ab Hereticis, non autem probatur, quum dicunt, Si personæ  
 sunt, essentialiter diuisi erunt tres Dij. Iam enim ostendimus essen-  
 tialiter discrepare personas, non per se, sed propter compositionem  
 cum materia, cuius instar quidem possit esse in Essentia diui-  
 na, quæ simplicissima est. Nec differunt etiam vt ἄνθρωποι, & An-  
 gelicæ Personæ, siquidem discrepantes duæ numero seu  
 Essentia non possunt esse Omnipotentia,  
 vt supra demonstra-  
 uimus.

Qua ratione Per-  
 sonæ dicantur,  
 gignens, genitū,  
 & procedens.

## Propo. XII.

Quod vnum est numero, id per numeros diuidi non potest. Augusti. in Manuali Cap. 1. At Deus verus, Vnus est, Ergo per numeros diuidi non potest, Et per consequens, Vnus Deus in tres personas seu subsistentias indiuiduas diuidi non potest.

**F**alsa est Maior. Nam licet *Essentia diuina vna sit Numero*, nihilominus diuiditur numero quodam trium *Potentiarum*, seu *Personarum incommunicabilium*, quamuis *essentiarum numero non distinguantur*. Itaq; Deum verum, ratione *Essentiae*, Vnum numero esse dicimus. Sed non sequitur, Ergo per numeros diuidi quodam modo non potest. Nam *Essentia vna*, tribus *hypostasis* est *numerosa*, non tribus *essentiarum discretionibus*, quibus *personae creatae inter se differunt*. At *precedente conclusione ostendimus*, *personae voculam homonymiam quandam habere*, quatenus *accommodetur Deo*, & quatenus *creaturis*. Sed eam *usurpantes Antitrinitarij vt Vniuocam*, absurda haec colligunt, cuius *explicita Homonymia*, facile respondetur.

## Propo. XIII.

Vbicunq; tres sunt *personae substantiales*, ibi tres sunt *separatae substantiae*, & *indiuiduae*. At in vna *diuinitate non sunt tres Substantiae separatae*. Ergo, nec *Personae*. Minor probatur ex *Definitione Personae substantialis*.

**O**mnis *Persona est Substantialis*, seu *Substantia quaedam*, ratione qua nec *praedicatur de alia persona*, neq; *alij inest*, tanquam *cuidam Subiecto*. Communis haec ratio est *Personae*, conueniens nimirum *Increatis & Creatis Personis*. Alio modo *Persona dicitur Substantialis*, quatenus *vt numero discrepans ab alia Substantia*, eiusdem ad numerum *vnius essentiae non est pars*. Et hoc modo *personas discretas numero negamus esse*, *Patrem, Filium, & Spiritum sanctu*. Nam tres illi *numerantur*, & *personae sunt*, & *diciuntur Substantiales*, quia *vnius ad numerum*

Essentia ipsa inter se incommunicabiles (modo prius dicto) existunt hypostases, & sola pro tota diuinitatis non diuidentes essentialiter, sed essentialiter eam constituentem, subsistunt. Quamobrem hac significatione, qua ipsi usurpant vocabulum Personae, negamus Personas dici, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, sed hac, qua nos utimur, ut constet propter homonymiam vocabulorum his ipsos erroribus implicari Seruetianis.

Propo. XIII.

Persona, non est in Persona altera, vel in substantia alterius Personae, proprie loquendo. At  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  & Spiritus sanctus fuerunt ab aeterno in Substantia Dei patris, Eccl. 1. Ioan 1. 1. Corin. 2. Ergo  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  & Spiritus sanctus non fuerunt Personae substantiales in Diuinitate Patris.

**F**undamento male iacto ex ambigua significatione vocabuli Personae, qua nimirum non potest significare Substantialem & coessentialem hypostasin, colligit & concludit Antitrinitarius Personam Filij, & Spiritus sancti Accidens quoddam significari in persona Patris inherens: Sabellius inanes quasdam relationes esse arbitratus est, Filium & Spiritum S. quas diuersis energijs Patris quodammodo sortiretur pro tempore. Esse enim unam Personam dicit, nempe Patris, quae tria tamen habet nomina, & eundem aliquando quidem appellari ut Patrem, aliquando autem ut Filium, aliquando vero ut Spiritum S. Et in veteri quidem Testamento ut Patrem legem tulisse, in nouo autem, ut Filium, hominem factum esse, ut Spiritum autem sanctum ad Apostolos venisse. At nostri illi Antitrinitarij putant accidentia quaedam ab aeterno Patris Personae Substantiali inherencia significari uoculis Filij, & Spiritus sancti, quandoquidem non possunt significare Substantiales Personas. Omne enim aut Substantiam, aut Accidens esse oportere. Verum tamen liquet e superius dictis,  $\delta\ \lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma\ \tau\ \delta\ \sigma\ \pi\ \nu\ \epsilon\ \varsigma$

gētas, id est, defectum diuisionis in sua significata, nempe vocabu-  
 li Substantia seu Essentia, & vocabuli Persona, præbuisse occasio-  
 nem huic detestando errori. Vocabulum Substantia ὑπόστασις, id est, &  
 tripliciter usurpari, docet Aristoteles. Aliàs enim Materiam,  
 aliàs Formam, aliàs ex vtriusq; compositum significat. Apud Logi-  
 cos, aliàs primam significat, nempe τὸ δέ τι, Substantiam, quæ neq;  
 inest in aliquo, nec prædicatur de aliquo Subiecto. Aliàs Substan-  
 tiam secundam, quæ prædicatur de aliquo, sed eidem non inest. At  
 Personalis essentia cum proprium illud sit, vt nec sit in alia Perso-  
 na, nec prædicetur de alia Persona, Pater autem non prædicetur,  
 de Filio, nec Filius, de Patre: & quia Filius quoq; non minus atq;  
 Pater in Scripturis, Deus, id est, quædam Substantia seu Subs-  
 stentia diuina, & quædam essentia incommunicabilis appellatur,  
 sequitur hoc nomine, vt neq; Patris hypostasis (significat enim hy-  
 postasis, ἰδιότητα, id est, indiuiduam & incommunicabilem ra-  
 tionem essentia) sit in hypostasi Filij, tanquam ascendens, nec vi-  
 cissim hypostasis Filij in hypostasi Patris. Valet similis ratio in  
 Spiritu quoq; sancto. Sed hæc plenius sunt exposita in confutatione  
 præcedentium Propositionum. Deinde differentia hæc est inter  
 personas creatas, & increatas, quod videlicet personæ creatæ, di-  
 screpantes numero Essentiarum, subsistens, & τὸ δέ τι, id est, hoc  
 aliquid esse dicuntur, quia sunt finitum quiddam. Sed increatæ  
 Personæ, propter infinitatem suam, nō sunt Essentialiter discretæ,  
 sed Vnius essentia infinitæ, quasi partes quædam, quemadmodum  
 aliàs Vnius Animæ essentia, partes, ipsius διωρίσθαι appellamus.  
 Et quia vna Persona, alteri Personæ, neq; inesse potest, nec prædi-  
 cari de ea potest, differre eas realiter dicimus, quia totis scilicet Fi-  
 nitionibus inter se discrepāt, vt definitio Patris, à definitione Filij,  
 & vtriusq; à definitione Spiritus S. Sic dicimus etiā in Essentia A-  
 nimæ discrepare realiter potentia, à potentia, quia videlicet totis de-  
 finitionibus inter se differūt, ideo reipsa, seu realiter (vt scholæ lo-  
 quuntur)

quantur) differre dicuntur potentia Anima. Sed nihilominus (ut  
 ad propositum reuertar) cum vnius Essentia Diuina haec Personae  
 sint partes, eamq; constituant Vnam ad numerum existentem, qua  
 ratione communis haec essentia vel de Personis praedicatur, vel ipsae  
 praedicantur de comuni hac essentia, partes has, vnum essentialiter  
 quiddam esse dicimus. Inter ipsas sigillatim Personas, & commu-  
 nem essentiam, differentiam dicimus esse Formalem, (quod ipsum  
 differre Formaliter, appellant Scholastici) quae minima scilicet  
 est differentia, & proxima ab eo, quod Vnum ad numerum dici-  
 tur. Aristoteles alias ad numerum, seu penitus Vnum, dicit, quae  
 definitione nimirum sunt aliquid Vnum. At quod praedicatur es-  
 sentialiter, aut de quo praedicatur aliquid essentialiter, si non sunt  
 idem penitus definitione, formaliter differre dicimus, ut Animal,  
 & Homo, formaliter differunt, quia non sunt penitus vnum defi-  
 nitione. Nam si penitus idem essent, tum propria esset Hominis,  
 propria quoq; esset Animalis, & contradictoria de his non  
 possent verè dici, Simili ratione, Essentiam communem diuinitatis,  
 quoad praedicatur de Personis, & Personae de ipsa praedicantur  
 (diuersis tamen modis) & Personas singulas, differre inter se for-  
 maliter dicimus, quae omnia exemplo Anima, & potentiarum  
 ipsius planissimè in duobus libris supra saepius citatis exposuimus,  
 quae si prius intelligerent homines, quam se ad disputationem tam  
 sublimium Mysteriorum conferrent, non tanta ad blasphemandum  
 libidine incitarentur, ut Filium, & Spiritum sanctum personas in  
 Deo negarent esse. In Patris hypostasi dicunt Verbum seu λόγος,  
 & Spiritum sanctum inesse, sed non ut personaliter discretos. Quod  
 dicunt partim est falsum, & partim verum. Falsum est, quod dicunt  
 Filium & Spiritum inesse in Patris persona. Nam in Persona non  
 sunt, sed tanquam partes & diuiciae sunt in Patris essentia. Po-  
 sterioris quod dicitur ab ipsis, ex hypothese verum est. Nam si in-  
 essent, personaliter seu substantialiter non inessent Patri, sed acci-  
 dentaliter.

dent aliter. Deinde sequitur confirmatio ex scripturis, quæ non mi-  
 nus falsa est quam propositum ipsum. Non enim λόγος dicitur  
 esse in hypostasi Patris, sed apud Patrem, Ioan. 1. ἡ ἀρχὴ τῷ Θεῷ. Et  
 ibidem, Deus, ipsum esse Verbum dicitur, nempe ut essentialiter &  
 non tanquam accidens prædicetur Verbum de Deo, cum articulus  
 ὁ, quod ὁμοῦ ἀντὶ, et non ut qualitatem Patris significet quandam,  
 ἢ λόγος nimirum Deo Patri inherentem, ut in duobus libris  
 citatis alias planum fecimus. Quod si concedamus etiam eo in loco  
 non prædicari, ἢ λόγος, de Deo, sed Deum prædicari πρὸς λόγος,  
 seu de Verbo (ut nonnullis videtur) nihil plus probabis Filium  
 in hypostasi Patris, tanquam Accidens quoddam inesse, quum  
 Deus, Essentiæ eiusdem & non Accidentis sit vocabulum. Et alio  
 in loco apud Ioannem Christum audimus cum Patre suo sic lo-  
 quentem: Glorifica me gloria, qua fui apud te, antequam hic  
 mundus coram te esset. Ergo ratione Hypostaseos, Deus Filius, di-  
 citur apud Deum Patrem, & non in Deo Patre, tanquam Quali-  
 tas quædam, aut phantasma Seruetianum. Sed ratione nihilomi-  
 nus indiuiduæ essentiæ seu ἀδιαιρέτης ὁσίας, Pater, dicitur esse in  
 Filio, & Filius, in Patre, non ut Accidens in Subiecto. Nemo  
 autem tam absurdè loquitur, ut Accidens dicat esse in Subiecto,  
 & vicissim Subiectum in Accidente, ut Musicam in Petro, &  
 vicissim Petrum in Musica, quum accidens non sit ἑσώκειμενον,  
 id est, Subiectum, nec pars essentiæ τῆς ἑσώκειμενης, id est, Subie-  
 cti. Nam partes essentiæ, in se vicissim totis insunt, cum par-  
 tium τῶν ἐξ (autore Aristotele) in Essentiâ & ὁσίᾳ non sit, sed quæ-  
 vis, in quavis dicitur esse, propterea quod tota Essentiâ ratione  
 suarum partium, est indiuiduum seu ἀδιαιρέτων quiddam. Quo  
 sanè modo potentiam animæ vegetatricem dicunt Philosophi esse  
 in potentia sentiente, & sentientem vicissim in vegetatrice, om-  
 nes denique Facultates in omnibus, quarum nulla sit accidens  
 quoddam respectu alterius, omnibus vnâ constituentibus Ani-



*me* ὁμοίᾳ, quantitatis partibus indiuiduam. Nam quæ *ουδέ* *ἕσται*,  
 id est, continuatione sunt Vnum, non per se sed per accidens Vnum  
 dicuntur esse. Sed de his copiosè aliàs est dictum, quorum si intel-  
 ligentes essent crassè isti & ineruditi disputatores, tantis tenebris &  
 erroribus tam impijs, se & alios non inuoluerent. Scripturæ etiam  
 quæ allegantur in Propositione, non faciunt ad astruendum illo-  
 rum propositum. Nam λόγος seu Verbum in hypostasi Patris esse  
 Ioannes non scribit, sed apud Deum Patrem, quanquam ratione  
 Essentia seu ὁμοίᾳ, Pater in Filio, & Filius in Patre esse dicitur.  
 Accidens enim in hypostasi seu Subiecto, sed Persona, apud Perso-  
 nam esse dicitur non in Persona, Deus scilicet Filius, apud Deum  
 Patrem. Eandem interpretationem habet (ipsum scilicet non esse  
 accidens quoddam personæ Patris) quod scribitur 1. Cor. 2. De  
 Spiritu S. autem sic scribitur: Quis enim nouit ea quæ sunt Homi-  
 nis, nisi spiritus hominis, qui est in eo? Sic & ea quæ sunt Dei ne-  
 mo nouit, nisi Spiritus Dei. Si Spiritus conscius est etiam pro-  
 funditatum Dei, cequis ὁμοίᾳ quandam & hypostasin esse dubita-  
 bit, & nequaquam Qualitatem quandam esse in hypostasi pater-  
 na? Cum enim Spiritus Dei ipse sit conscius & præsciens omnium  
 eorum quæ fiunt à Deo extra Dei essentiam, non præscientiam  
 ipsum esse oportet, quæ sit ut Qualitas quædam & accidens in hy-  
 postasi Patris, sed ipsam per se ex Deo propagatam Spiritus hypo-  
 stasin quandam Dei Patris, & Filij ἡγεμονίᾳ, id est, providen-  
 tiam seipsa subsistentem. Quare etiam, per se, tertio modo quiddam  
 ipsum esse oportebit. Nam Præscientia, quæ est Qualitas, ipsa  
 quidem non nouit aliquid, sed est, quæ sciens Persona scit aliquid.  
 Alioqui si ipsa quoq; sciret quiddam Scientia, aut ipsa Scientia  
 per se quiddam erit τὸ δὲ ἕσται, aut Scientia tanquam *ἑσται*  
*ἑσται* sciens quiddam Scientia alia tanquam habitu quodam erit,  
 quod processu & infinitum, & verumq; certè absurdissimum est  
 dictu. Quoniam igitur Spiritus Dei scit secretissima Dei, Quæ-  
 ritur.

ritur, Cuius Dei? Patris scilicet & Filij, nam ab his procedit Spiritus omnium secretorum Diuinitatis conscius. Et cum sit Spiritus ex Deo Patre & Filio productum quiddam, & non in Deo Qualitas quaedam tanquam in Subiecto quodam, non præscium scilicet quiddam, sed præscientiam ipsam, non ut qualitatem quandam, sed ut Hypostasim & Personam in diuina essentia simplicem esse oportebit Spiritum sanctum. In Deo enim nihil subijcitur perfectioni, sed ipsissima Deus perfectio est, non in Subiecto quodam perfectio. Nam non in Subiecto quodam scientia aut præscientia est Spiritus Dei, sed Essentialis est Scientia, nempe quiddam hypostaticum, nulla existente inter sciens ipsum, scibile, & scire ipsius differentia. Quorum ipsorum quoque in secretis à materia Mentibus nullum penitus esse discrimen, non ex Grammatica, aut Rhetorica, sed ex accuratissima Philosophia, istis sciolis Hereticis ignota, addiscimus. Locus ex primo Ecclesiastici capite, nequaquam pro illis facit, sed contra. Nam Sapientiam Dei primam omnium creatam esse dicit, quo non qualitatis in Deo Patre productio, sed personalis propagatio in Essentia ipsius exprimitur. Non autem proprie utitur in presentia vocabulo creationis Ecclesiasticus, quod duntaxat quod εἰσὶν εἶδος quiddam sit & essentialis seu substantiale Sapientia ipsa Dei, declarare voluit, non quod ex nihilo, tanquam alie res create, sit producta. Nam quod ante omnes creaturas est, ipsum impossibile est creaturam esse. Sed ex Deo Patre genitum esse, significatur hoc loco, Creari vocabulo, quo aliàs etiam generaliter pro omni productione Latini utuntur, ut cum alicui malum creatum dicimus, aut creatum Magistrum, qui tamen non ex nihilo producitur. Caput octauum Proaerborum, presentis loci potest esse interpretatio: nec non etiam Cap. 30. eiusdem, ubi Patris Dei sapientiam, Filium ipsius appellat Salomon: Quis, inquit, constituit omnes terminos terræ, quod nomen eius, & quod nomen Filij sui, si nosti? Sed de hac Propositione dictum satis.

Creari, vocula est æquiuoca.

K

Propo-

λόγος ante incarnationem, non dicitur Filius in Scripturis diuiniis citra respectū futuræ incarnationis, propria locutione. Ergo, nec Persona fuit, & per consequens non fuerunt tres Personæ diuinitatis. Antecedens probatur sequentibus argumentis, vbi agemus quòd & λόγος non fuerit Filius Dei ante incarnationem iuxta propriam locutionem.

**P**recedentis Propositionis confutatione ostendimus, Sapientiam Dei Patris appellari propagatum ab ipso principium, per quod ex nihilo creauit omnia. Diuus Ioannes, λόγος appellatur Verbum. In veteris & noui Testamenti scripturis appellatur Filius, & primogenitus omnis creaturae. Vt Prouerb. 30. locum paulò ante commemorauimus, & Psalmo secundo, quum scribitur: Osculamini Filium, ne forte irascatur. Vocabulo Bar, significari Filium, ex Testamento etiam nouo perspicuum est. Præterea cum Christus ante conditum mundum secundum diuinitatem se cum Patre fuisse dicat apud Euangelistam, quid aliud quæso dicit, quàm æterni Patris scilicet Filium esse æternum, cum Pater sine Filio nequeat esse, aut intelligi? Proinde Euangelista, Deum Filium, apud Patrem Deum à principio seu in principio fuisse scribit, tamen nec Filij, nec Patris, faciat mentionem, sed duntaxat Deum apud Deum fuisse scribat. Sed alijs tamen locis Scripturæ distinguuntur Patris, & Filij appellationibus hypostaticis, & personalibus. Etenim quum Euangelista, λόγος seu Verbum, assumpsisse carnem scribit, seu Verbum factum esse carnem docet, alijs scripturis id ipsum missione Filij declaratur, vt cum D. Paulus scribit. At vbi venit plenitudo temporis, emisit Deus Filium suum factum ex muliere. Alio loco scribitur, Deus manifestatus in carne. His testimonijs concludimus λόγος in scripturis appellari, Filium, & Filium vt Deum λόγος, & non vt Quiritatem & accidens Patris Dei, sed vt hypostasin diuinam, manifestatam

λόγος, Filij Relatiuo vocabulo exprimi, & in veteri & in nouo Testamento.

Gal. 4.

2. Tim. 3.

festatam esse in carne. Ergo ut antecedens huius Propositionis subtilissimum & vanissimum est mendacium, ita consequens etiam. Quod si Antitrinitarius Seruetianus, expresse epitheto Filij, λόγος, seu Verbum appellari neget, (auerfantur enim ut initio diximus, ἐπιφώνημα) negabimus & nos expresse in scripturis Verbum appellari Qualitatem Patris, sed λόγος Deum, apud Deum, non in Deo qualitatem quandam Diuinam dici. Κυνεῶντες illos argumentorum vanissimorum non dignos arbitror quos docti & eruditi homines resollant: sed propter infirmos in fide, & horum Mysteriorum ignaros, ne prestigijs his Hæreticorum circumuehantur, necessariam hanc contra illos disputationem esse existimo, ut omnes qui ista legunt, non acutos & perspicacis ingenij, sed vafanos, & sensu communi orbatos intelligat Hæreticos esse.

## Propo. XVI.

Christus ab Apostolis non est apertè prædicatus Deus, aut Filius Dei naturalis. Petrus enim in Actis, & Paulus ad Ephesios, Virum appellant. Nec in Symbolo, quod vocant Apostolorum, nominatum Dei cognomen apponitur Filio, aut Spiritui sancto. Falluntur ergo, & fallunt, qui Christum & Spiritum sanctum, Deum naturalem seu essentialem esse autumant, & docent.

Quod Christus ratione alterius naturæ, & sit, & appelletur Deus in scripturis Apostolorum, supra est demonstratum. Quod aliquando Vir quoque dicitur, id nominis habet propter unionem personalem cum natura humana, ratione cuius etiam Homo dicitur Christus. Quod autem Patres Nicenæ Synodi & Filium & Spiritum sanctum secundum scripturas Deum appellarint, in illorum scriptis manifestius est, quam ut probationem aliquam desideret. Non ergo falluntur, & fallunt, qui Christum, & Spiritum sanctum, Deum essentialem esse autumant, id est, Diuinas hypostases in Essentia diuina, non autem qualitates, & accidentia quædam diuinæ Patris Personæ, quod perspicitur ex his quæ iam antè demonstrauimus.

## Propo. XVII.

Patres saniores, & temporibus Apostolorum viciniore, vt testatur Athanasius in disputatione contra Arium in Synodo Nicæna ex Clementis scriptis, quia ex fonte doctrinæ Apostolicæ puriorem hauserunt Dei cognitionē, quam Sophistica cauillatione diluti quidam Patres posteriores, aperte confessi sunt, Deum æternum non ex partibus constare, Sed Deus ex tribus indiuiduis & subsistentibus Personis constans, vna & simplex, nec ex partibus constans Diuinitas dici minimè potest. Errant igitur, & longè diuersam ab Apostolorum institutione, veterumq; sanctorum Patrum fide tenent doctrinam, qui trium subsistentium seu Personarum distinctarum ratione, Deum sibi fingunt partiarium, aut trium simplicum.

**S**uprà est demonstratum, quò factum sit, vt posteriores Patres & Doctores his voculis gratia ἐκμνηστικῶς sint vsi in explicando Mystério Trinitatis. Et nos quidem non minus aperte confitemur, Deum vnum, & æternum, ex partibus essentialiter diuiduis nequaquam constare, quoniam Deus est Vnus ratione Essentiali, & non ratione qua corpus, aut corporeum quiddam sit diuiduum. Essentia autem, quatenus essentia, in Partes diuidi nequit, sed Vnius essentialiter nihilominus plures diuinitates esse possunt, τῶ ἐναυ, id est, Realiter, sed tamen non essentialiter distinctæ, vt Anima humana secundum suas potentias diuiditur, non autem Substantialiter diuiditur seu Essentialiter. Et in diuina Essentia, alia omnipotentia est, à qua, & alia, per quam, & alia, in qua sunt omnia creata & condita, quas personaliter seu hypostaticè differre non minus scripturis est demonstrabile, quàm Deum esse vnum, & ratione Essentiali expertem diuisionis in partes substantialiter discretas. Quando autem Deum vnum Essentialiter dicimus esse, non eundem ratione essentiali quoq; diuiduum statuimus, nec vna eademq; ratione, Vnum, dicimus esse Trinum, aut Trinum, esse Vnum. Sed tamen Vno, & Trino (quum sint vocabula homonyma, seu æquiuoca) contra scripturas ijs vocabulis, tanquam Vniuersis

*Antitrinitarij vtuntur, & sese absurda quædam nobis exprobrasse opinantur, quia ista absurde illi intelligunt & explicant, quæ tamen vera & consentanea scripturis esse hactenus manifestissimè probatum, & argumentis etiam demonstratum sit: & non modò non impossibile, sed etiam necessarium esse constet, vt aliquo modo Trinum, & aliquo modo Vnum, Deum omnipotentem appellemus.*

## Propo. XVIII.

Christus à Prophetis veteris Testamenti, nomine Dei essentiali Iehouæ feliciter appellatur nusquam, nec dicitur Deus subsistens ab æterno, nec subsistit secundum Deitatem, neque fuit Filius Dei à Patre ab æterno genitus, sed tantum fuit energia, Virtus Dei, Sermo efficax, Qualitas, Potentia aut plenitudo Dei, Sapientia, sed nõ Subsistens, & Filius Dei, carnis respectu, in prædestinatione dicitur, quia ex spiritu sancto conceptus est, sed realiter & substantialiter est creatura, semen mulieris, Vir, Propheta, Sermo missus & fanans. Actor. 11. Falsò igitur ei tribuitur Iehouæ Dei veri nomen & natura, &c.

**I** Neodem impietatis & ignorantia (vt dicitur) luto, quo superiores, hæret hæc etiam Propositio. Et quanquam falsitas eius ex refutatis superius possit deprehendi, nihilominus quia error hic prouocat ad scripturas veteris Testamenti, quibus se stabiliri et confirmari opinatur, excludere etiam ipsum hac defensione in præsentia conabimur: vt omnino appareat in verò Testamento ipsum nullum habere receptum, & tanquam Hereticum, extra fines Ecclesiæ veri Dei & Christi exterminandum. Ac primum quidem constat antiquissimos Legis & Prophetarum interpretes quosdam Iudæorum Rabinos piè & sanctè de Vnitæte & Trinitate maiestatis Dei Omnipotentis plurima scriptis ad posteritatem mandasse, quorum testimonia quidam diligentissimè conquisierunt, ex quorum numero etiam est Galatinus, vir doctissimus, & Hebrææ linguæ scientissimus, vt mirum sit Seruetum illum (quam-

uis hominem, ut fama fert, alioqui non imperitum lingue Hebraicae potuisse tam arroganter suam praesumptionem & superbiam opponere auctoritati sapientissimorum quorundam Rabinorum. Quod autem in hac Propositione dicunt Seruetiani, Messiam, seu Christum, nusquam in Prophetis nomine essentiali Dei Iehoua nominari, toto caelo, (ut dicitur) tota q̄ scriptura errant, quorum nunc paucis quibusdam ex Galatino productis testimonijs falsitatem & mendacium aperte coarguam. De se in Moyse & Prophetis scriptum esse ipsemet Christus in Euangelio fatetur. Quae autem scripta sunt, partim ad ipsius naturam humanam, partim ad diuinam testificandam pertinent. Quod autem Christus nomine Iehouae sit appellatus, Propheta Hieremias manifestissime declarat. Cap. 23. ad hunc modum scribens: Ecce dies venient, dicit Iehoua, & suscitabo Dauidi germen iustum. Et regnabit Rex, & intelliget, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus eius saluabitur Iuda, & Israël habitabit ad fiduciam, & hoc est nomen eius, quod vocabunt eum Iehoua (seu Deus tetragrammaton) iustus noster. Quod ipsum confirmatur etiam testimonio Cap. 28. Esaia, quod sic habet: In die illa erit Deus (tetragrammaton) exercituum ad Diadema gaudij, vel honoris, vel decoris, ad sertum ornatus, vel exultationis residuo populi sui. Haec Esaia verba, Rabbi Ionathan Vzielis filius, in Chaldaeo: vertens, ita exposuit: In tempore illo erit Messias Deus (tetragrammaton) exercituum, ad Diadema gaudij, & ad sertum exultationis, vel laudis, residuo populi sui. Vbi ergo Esaias posuit nomen Dei tetragrammaton, quod est IEHOVA, ibi Rabbi Ionathan, Messias, quod est Messias, posuit. Quare Messiam esse nomen Dei tetragrammaton, palam est. Alia omitto, quae plurima partim ex scripturis, partim ex Rabinis, Galatinus doctissimus Hebraeus congestit libro tertio, quae omnia hac in parte vesania Seruetianorum oppo-  
no, quum dicunt Christum à Prophetis veteris Testamenti nomi-

ne Dei essentialis (nempe ΙΗΘΥ ΑΕ) nusquam appellari. In sequentibus verbis planè declarant Serueti discipuli, quid de Diuinitate Christi sentiant. Negantes enim consortem ipsum esse diuinitatis Patris, nihil aliud ipsum esse dicunt quàm νόημα, aut potius Φάντασμα Dei Patris, hominè Christum quadam cogitatione intra se concepta adumbrantis, pro eo vt artifex rei faciendæ Ideam intra se concipit, quam effectu operis postea realiter extra se constituat. Et vt Essentia, nempe Mentis, aut phantasia, pars non sit νόημα, aut Φάντασμα, ita conceptum Patris de Christo, non esse partem essentia diuinitatis Patris, nec realiter etiam quiddam à Patre discrepans: cum realiter discrepare, secundum Serueti Sophisticam, nihil aliud sit, quàm essentiam ab essentia discrepare, qua nimirum realiter Christus ex Maria matre sua natus differat à Patre, non quatenus adumbratus imagine & Idea quadam intra cogitationem Patris adumbretur ab æterno. Videmus ergo quanta ineruditio sit in Seruetianis, cum quali impietate coniungant. Quid ineptius & magis ridiculum, quàm affingere Deo conceptus quosdam animi, & umbratilis Christi phantasia? At supra ostendimus, in quocunq; sint accidentia, id omne creaturam esse & mutabile quiddam. Quinetiam omne productum extra diuinam essentiam, nempe quod ipsa diuina essentia non est, id ipsum ex necessitate creatura est. Ergo creatura erit νόημα Christi, seu Idea ipsius, quam in essentia accidens, & non essentiam quandam diuinam esse dicit Seruetus. Iam si sit Christus præmissus tanquam energia quædam Dei, sequitur vt Pater Deus, respectu eius, sit aliquid δυνάμις existens, & si Virtus, sequitur, vt Deus Pater accidente quodam sit perfectus. Eodem modo possumus etiam interpretari reliqua proposita ab ipsis Epitheta, quæ magna ex parte sunt ficta, & non reperiuntur in scripturis. Et quod sequitur: Et Filius Dei, carnis respectu, in prædestinatione appellatur, id manifestè contra scripturam dicitur, quæ Christum Filium Davidis secundum

carnem,



*carnem, & non Filium Dei appellat. Sed de his absurdis & blasphemis dictum satis, nunc ad sequentem me conferam Propositionem.*

Propo. XIX.

Scripturæ sacræ pro eodem usurpant, prodisse ex ore altissimi, Sapientiam natam esse, egressum esse, processisse, & exisse à Deo Patre. Ergo hæc omnia figuratè significant λόγος, sapientiam æternam Patris manare à Patre, & quasi efficaciter exeri erga creaturas. Probatur antecedens ex testimonijs, Eccles. 24. Prouerb. 8. Micheæ 5. Ioan. 1. 8. 16. Legatur Augustinus lib. 2. de Trinitate, Cap. vlt. super locum Sapientiæ 7. Candor enim est lucis æternæ.

**Q**Uale propositum est, talis quoq; ipsius probatio. Nos Deum λόγος, Deum apud Deum fuisse dicimus, Seruetiani λόγος Deum fuisse negant, sed νόημα & accidens quoddam in Deo tanquam Subiecto esse dicunt. Cùm natiuitatem Filij Dei enarrare nemo possit, translatis vocabulis vruntur scripturæ, sed non illo sensu, quo dicunt Seruetiani, vt nimirum talibus voculis significetur νόημα, Dei Patris quoddam ipsius accidens, cùm scriptura tamen ὁμοούσιον Patri esse λόγος illum prædicet, & non συμπλεκτικὸν quoddam εἶδος Patris Dei. Quando Filius Dei in Euangelio exisse se à Patre in hunc mundum dicit, assumptæ à se carnis humilitatem, exitum à Patre, & ingressum in hunc mundum appellat. At Serueto, λόγος Dei, nihil aliud est, quàm Idea & νόημα quoddam: quod cùm Patri accidat, & adumbretur præscientia Dei Patris, non sit res vera, sed realiter existens nihil: sit tamen realiter nihil aliud, quàm extra Deum, ex virgine Maria quædam humana generata creatura. Deinde scripturas blasphemus ille allegat, falsa interpretatione sua easdem peruertens. Augustinus, scilicet, Seruetianus est factus. Tam per dita est illorum hominum uequitia,

nequitia, vt etiam alienissimos ab errore suo pro testibus citent.  
Sed de hac Propositione dictum satis.

## Propo. XX.

Gignere, est id producere, quod non fuit antea. At λόγος in diuinitate semper fuit. Ergo, Gigni secundum diuinitatem non potuit.

**N**os coaeternum cum Patre δὲ λόγου esse dicimus, sed de sententia Seruetianorum, cum sit accidens quoddam ὁ λόγος, (non enim est de essentia Patris, vt fabulantur) coaeternum quiddam ob id cum Patre nequaquam erit. Sed hoc vicissim nobis exprobrant ipsi, tanquam Contradicentia quaedam asserentibus, vt qui rem coaeternam, natam esse dicamus. Nam quicquid natum sit, id non esse aeternum dicunt, propterea quod Gignere, sit id producere, quod non fuerit antea. Nos equidem productum & genitum à Deo Patre λόγου dicimus, sed vt ὁμοιωτες, ita quoque ὁμοιωτες ambos confitemur. Etenim in producentibus & productis vnus & eiusdem rationem Essentiae habentibus, produciens & productum, tempore non differunt, sed tantum ordine originis, cum in Demonstratione etiam, causa sit respectu effectus, prior φύσις, sed temporis ratione nihilominus sit ὁμοιωτος quiddam. Non enim si quid causam habet coessentialem, causam tempore priorem, & effectum posterioriorem esse oportet, vt somniant Seruetiani. Nam in his ὁμοιωτοis, prius, & posterius, φύσις, non autem ratione temporis describuntur. Simili in errore versati sunt Democritus, & alij, qui, vt Aristoteles scribit, principium aeternorum nullum esse censuerunt, quorum si vera esset sententia (autore Aristotele) nulla prorsus esset demonstratio. In his autem essentia differentibus causis & effectis prioribus scilicet φύσις, & non coessentialibus causis, locum habet quod dicitur in hac Propositione, nempe quod Gignere,

Qua ratione  
gignens &  
genitum sine  
coaeterna,

Arist. lib 2.  
de generat.  
animal,

L sit id

si id producer e, quod non fuit antea, qua ratione nec Patrem gignere, nec Filium Dei genitum esse dicimus, sed hoc modo Petrus, gignit Paulum, & Petrus fuit, cum non esset Paulus, sed non ali- quando Deus Pater fuit, cum non esset Filius Dei, quod blasphema voce subinde Arius dicere & inculcare solebat, fuisse scilicet Pa- trem, quando non fuerit Filius. Proinde quomodo coessentialibus existentibus, Patre, & Filio, Filius à Patre dicatur produci, & prior origine, non tempore sic Pater Filio, demonstratum est in libro contra Antrinitarios, cuius iam sæpè à me facta est mentio, qua breuitatis causa hoc loco duxi omittenda.

## Propo. XXI.

Spiritalis natura non gignit. At Deus Spiritus est. Ergo Deus non genuit λόγος.

Sic Mahumeta argumentatur: Qui caret muliere, non gignit. Deus caret ea, quare non generat filiū. Produxit in sua essen- tia, ὁ ἄτοκα λόγος, nempe Pater, Mentem primam, perfectissi- mum ἀπὸν λόγον sua bonitatis, quo respectu Plato etiam Deum Patrem appellat ὁ ἄτοκος, & Filium, seu Mentem hanc, scripturā appellat Primogenitum omnis creaturæ, ut per quem omnia sunt facta à Patre genitore. Omnia sunt in prius allegato libro ple- nius exposita. Non gignit Spiritalis natura, eo modo, quo corpo- rea gignit. Similitudinem consideremus in Anima nostra. An non quatenus in semetipsa producit perfectionem scientiæ & sapientiæ facultate hac præstat Anima hominis quorumlibet aliorū animalū animabus? At productione hac habitus, anime essentia perfici- tur, qua ratione quædam in anima humana δὲ ἄτοκα ἔστιν, & ei perfectioni subiecta esse dicitur. Hoc modo producens perfectio, & producta, in diuina essentia non differunt. Non enim Pater in sua essentia perfectionis habitum quendam producit (alioqui enim δὲ ἄτοκα

quod mens gratia Pater imperfectus esset) sed essentialem perfectionem quandam, nempe omnipotentem quandam Mentem, per quam Deus Pater creator sit omnium, atq. opifex, quæ Essentiæ diuina secunda sit Hypostasis, producit propter suam perfectionem summam. Huiusmodi coessentialia, nempe principium, & à principio productum, ut gignens Pater, & genitus Filius, nihil habent simile in natura, quamuis à natura deductis vocabulis aliquo modo adumbrentur, tamen impium sit, si quis propagationem diuinorum, naturali productioni omnino similem esse imaginetur, ut Turcæ & Seruetiani indigni responso esse videantur, qui talia solent imaginari.

## Propo. XXII.

Si Deus Pater genuit λόγον, aut seipsum genuit aut aliū Deum. Sed aliū Deum non genuit, quia vnus est tantum Deus. Nec seipsum genuit. Quia nihil seipsum gignit. Ergo Filius nullo modo est genitus.

**D**icimus nos, quod Deus Pater non genuerit alium essentialiter Deum, sed alium hypostaticè Deum, nempe eiusdem Essentiæ omnipotentem quandam δυνάμιν, (scriptura λόγον appellat) per quam omnium est opifex rerum, ut si Mens agens in homine in anima eiusdem Essentiæ, producit habitu quodam perfectam mentem, per quam omnia possit prudenter contemplari & operari, Proinde esse Vnum essentialiter Deum, non inficiamur, sed nihilominus plures hypostaticè discrepantes, de quibus secundum prius, & posterius, nomen Dei prædicetur. Ex his itaq. positis nullo modo sequitur, quod scribit Hereticus: Ergo, Filius nullo modo est genitus. Non enim genuit alium secundum essentiam, cum Vnus sit essentialiter Deus, sed non Vnus personaliter.

## Propo. XXIII.

Si λόγον genuit Deus, aut tota diuina essentia genuit, aut sola

Patris persona. At si Essentia genuit, genuit aut seipsam, aut aliam;  
 Quorum vtrumq; est absurdum. Si verò persona Patris genuit,  
 vel sola ipsa est verus Deus, vel λόγος non est vnus veri Dei  
 Filius.

**N**egamus totam essentiam genuisse, sed in essentia Patrem  
 genuisse, & in hac ipsa essentia, Filium esse quiddam geni-  
 rum. Et vt Pater solus est verus Deus gignens, ita Filius solus  
 est verus Deus genitus, & Spiritus sanctus solus verus Deus ab  
 utroq; procedens. Pater autem est solus verus Deus principaliter.  
 Nam & propter Patrem, & Filium, & Spiritus sanctus est  
 Deus. Etenim si Pater non esset verus Deus, (multi enim sunt  
 Dij incredulis) sequeretur vt nec Filius, nec Spiritus sanctus esset  
 verus Deus, quòdenim sunt, illud à Patre habent, extra quem non  
 est verus Deus: quales sunt illi, quos fingunt Idolatra, multi Dij,  
 à Patre non propagati, sed opinione erroris ipsorum conficti. Ergo  
 non sequitur, si sola Patris persona sit verus Deus principaliter,  
 vt λόγος non sit huius vnus veri Dei Filius, cum sola, vòx, hoc  
 loco significet non exclusionem Filij (correlatum enim excludi non  
 potest à relato) sed exclusionem non verorum Deorum, quò re-  
 spiciens dixit etiam D. Paulus: Nam etiamsi sunt, qui dicuntur  
 1. Corin. 8. Dij siue in Cælo, siue in terra, quemadmodum sunt Dij multi, &  
 domini multi, nobis tamen vnus est Deus, ex quo omnia, & nos  
 in illum, & vnus Dominus IESVS Christus, per quem omnia, &  
 nos per illum. Seruetiam autem intelligentes crudè & crasse ista  
 nullo condimento consentaneæ interpretationis, solum Deum ve-  
 rum dicunt esse Patrem, Filium excludentes, qui tamen & ipse  
 etiã sit solus verus & vnigenitus, quemadmodum Pater vnus &  
 solus gignens est Deus, vt paulò antè est dictum. Non autem se-  
 quitur, si Filius sit verus Deus, vt ob id Pater non sit solus ve-  
 rus Deus, Nam solus ipse talem habet Filium. Patrem enim sine  
 Filio

Filio non possumus intelligere, & Pater Deus, sine Filio Deo nequit esse, & duo essentialiter separati Dij cum nequeant esse, sequitur Patrem & Filium esse unum & coessentialem Deum. Solus igitur dicitur verus, non quòd excludat Filium, sed quòd includat: & solus dicitur, quia extra Patrem, & essentiam Patris non sit verus Deus, sed omnes falsi Dij sint & fictitij.

## Propo. XXIII.

Spiritus sanctus dicitur virtus altissimi, vis, energia Dei, donum Patris effusum, accipit omnia de Christo. Ergo non est Deus IEHOVA subsistens, neq; adorandus.

**S**upra ostendimus, personalia Epitheta Spiritui sancto non minus atq; Filio Dei adscribi. Dicitur autem virtus altissimi, quòd Pater & Filius ab utrisq; procedente Spiritu sint efficaces ad mouenda, gubernanda, & conseruanda omnia. Non enim est Virtus, vt accidens quoddam Patris, sed vt hypostasis quaedam ab vtroq; procedens, continens videlicet omnia & fouens Spiritus Dei. Quòd autem Spiritus sanctus non sit energia quaedam Dei actiua, qua est extra suam essentiam efficax, manifestum est ex eo, quòd Spiritus sanctus dicitur in caelo esse omnipotens quaedam Dei non energia, sed potentia, quam potentiam Patri & Filio adnumerat Ioannes in Canonica. At rei energia, non dicitur id ipsum, cuius est energia. Admodum enim esset ridiculum, si quis energiam Anima seu Spiritus hominis, ipsum Spiritum, aut Animam appellarer, qua anima, respectu illius energiae, potentia esse dicitur, & essentia quaedam, seu pars cuiusdam essentiae, & non energia ipsa respectu suorum operum. Ergo Spiritus Dei sanctus potentia Dei infinita Patris, & Filij est, in qua tanquam continente causa & gubernante omnia creata subsistunt, cuius energia, non est ipsa hypostasis Spiritus, sed accidens quoddam terminatum passione

& subiectione creaturarum. Spiritus enim est, in quo sunt omnia. Quò fugiam (inquit Psaltes) à Spiritu tuo? Quæro quid sit Spiritus Dei Patris? Respondet Antitrinitarius Seruetianus, est energæa Patris. Quæro, an energæa possit esse sine potentia? Respon- debit, non potest esse. Deinde si potentia Dei Patris sit Spiritus sanctus, an sit ipse Pater, an verò sit aliquid in Patre, tanquam ha- bitus quidam, aut in essentia ipsius, tanquam pars essentia, quam nos appellamus hypostasim? Non esse ipsum Patrem, manifestum est ex eo quod dicit: A Spiritu tuo. Non esse Spiritum sanctum habitum quendam, & Virtutem Patris, ex eo est evidens, quòd nullo accidente Deus sit perfectus, sed per essentiam est perfectus, voluntate quæ extra se sunt, perficiens omnia, quæ sola ei energæa respectu creaturarum accidit, quæ dicitur Creator & Conseruator omnium, cum ratione huius energæa omnia in omnibus dicatur esse Deus. Cum igitur Spiritus sanctus non sit, neque energæa extra Deum Patrem, nec habitus quidam virtutis in Deo Patre, se- quitur, ut potentia quædam sit coessentialis Patri & Filio, quem Pater & Filius dicuntur mittere ratione energæa, quam exercet Spiritus in suis. Quoad ergo Spiritus sanctus potentia alia, & diuina diuersa à potentia Patris & Filij est, hac ratione vnus Spiritus sanctus, & à Patre & Filio coessentialis propagatum quid- dam est. At energæa ipsius Spiritus cum sint varia & multa, pro- fectò nullo modo Spiritus nihil aliud erit, quàm huiusmodi ener- gia. Quòd autem energæa sint multa, & Spiritus sit vnus, seu vna Dei hypostatica potentia, & non vnus quidam Dei Patris habi- tus, declarat D. Paulus quando inquit: At hæc omnia efficit vnus idemq; Spiritus. Infinitæ præterea sunt scripturæ quibus er-

1. Corin. 12. ror ille refellatur, quas quo minus ad suum errorem detorque-  
 possint, his rationibus commemorare & declarare volui, ἀλόγως  
 scilicet Seruetianorum rationes confutando. Impium ergo & bla-  
 phemum est, quòd ex falsis falsum subinferunt conclusum, dicen-  
 tes,

tes: Ergo, non est Deus leuona subsistens, neq; adorandus Spiritus sanctus.

## Propo. XXV.

Sicut dicitur Christus sermo missus & sanans, sed non subsistens, ita Angelus Dei loquens cum Patribus, fuit creatura. Errant igitur impie, qui Filium λόγος, Deum subsistentem nōgantur, vel secundam Personam, vel alium ante Filium hominis apud Deum subsistentem.

**V**T in superioribus, ita quoq; hac Propositione suam uacordiam, ruditatem & cecitatem Seruetiani declarant. Ita scriptum legimus Psalm. 147. Mittet uerbum suum & sanabit eos, sedebit Spiritus eius, & fluent aqua. Quomodo id sint interpretat, sapientissimi Rabinorum, docet Galatinus libro 3. cap. 5. & 6. de Filio nimirum Dei Patris aeterno, hypostaticè propagato à Patre, quæ in præsentia nolo ob breuitatem commemorare, quibus, & quorum auctoritati ne comparandam quidem, indoctissimi Serueti auctoritatem, aut potius insaniam existimo. Quid enim uisiam, aut uerum, aut falsum etiam sibi ipsi consentaneum scripsit Seruetus? comparandus scilicet cum Mahometo, non cum aliquo piorum scriptorum, & de Ecclesia Christi bene meritorum. Igitur non auctoritatibus, quibus referta est scriptura, sed dialecticè disputando falsitatem & impietatem huius Propositionis refellam. In scripturis passim dicitur à Patre missus Filius, nempe λόγος. At missus est, qui apud Patrem fuit ante mundum conditum λόγος Dei, quod de semetipso λόγος testatur in Euangelio Ioannis. Missus autem dicitur, propter assumptam carnem, non quomodo admodum Ioannes Baptista præcursor Domini missus dicitur à Deo, cum ante natiuitatē suam, qua cæpit esse in carne, non fuerit sed λόγος ante incarnationē coæternum fuisse Patri, testatissimū est sacris literis. Queritur, quo modo fuerit coæternus? Responderet Seruetus, fuisse quoddam νομα in Patre, nempe speciem quantitatis

Quomodo dicitur missus Filius Dei.



dam futuri aliquando personaliter Christi, & tum demum subsistentis in carne, quādo nasceretur ex virgine matre, & illud tamē *ὄνμα* non fuisse subsistens aut personaliter distinctum quiddam in essentia Patris, à Patre, sed umbram & phantasma quoddam in mente Patris, quemadmodum Idea sit in mente Artificis. Si essentia Patris non fuit pars (nos partem essentia diuinae appellamus *hypothesis*) sequitur ut in essentia Patris fuerit tanquam accidens (cum omne sit, aut essentia, seu substantia, seu subsistentia, vel accidens subsistentis) & hoc ipsum, aut proprium accidens erit, aut contingens. Si proprium, sequitur, ut causa istius proprietatis Patris ipse fuerit incarnatus. Proprium enim sine eo, cuius est, esse nequit. Si *ὄνμα* hoc fuit accidens, ut in nobis *ὄνματα* sunt accidentia, & ut sunt Idea, quarum effigies extrinsecus constituuntur ab artificibus, sequitur, Deum accidentibus esse prae dicitum, ac mutabilem, quandoquidem aeternum non possit esse accidens, & gratia cuius Deum quoque mutabilem esse oporteat. Propter accidentia enim res sunt mobiles atque mutabiles. Quae quidem omnia huic absurdae Propositioni opponi possunt, eisdem innitenti fundamentis ruinosus quibus etiam superiores. In praesentia non disputo, an Dei Filius aliquando sub humana specie sese Patribus conspiciendum dederit: sed an Filius Dei hypostatice ab aeterno existens, in tempore assumpsisset naturam humanam, qua assumpta Christus appellari coeperit. Conclusio huius propositionis impietate & ignorantia veri non discrepat à praemissis suis.

## Propo. XXVI.

*λόγος* per anticipationem dictus est Filius, Deus genitus aeterno, carnis respectu in praesentia. Quia homo ille Filius subsistens conceptus est à Spiritu sancto. Ergo non est proprie Deus, nec Filius Dei naturalis. De hoc argumento 13. fusius dictum.

**P**er anticipationem quaedam figuratè cum nondum sint, dicuntur esse, ut *Lauinium*, quod non erat antequam *Aeneas* in *Italiam*

Italiã veniret, anticipato nomine à Virgilio usurpatur. Quia Dei λόγος hypostaticum esse habiturus erat, genitus ex Maria virgine, iccirco ab aeterno genitus per anticipationem dicitur. O acutum Grammaticũ, & obtusum Theologum, & Dialecticum inerte. Proba prius Heretice, λόγος hypostaticè apud Patrẽ ab aeterno non fuisse, & tum figmento huic Grammatico locum cedemus.

## Propo. XXVII.

Filius omnia accipit à Patre, vt Vitam, & omnia quæ habet. Ergo originem habet vt creatura.

**S**I quatenus esse hypostaticum suum Filius habet à Patre, hac ratione accipere omnia dicitur à Patre, concedimus quod ponitur in Propositione. Est enim Filius nihil aliud, quàm à Patre productum consubstantiale ενεργημα quoddam. Totus enim est Patris, sed tamen non est Pater ipse, aut accidens quoddam Patris, vel proprium accidens, vel separabile, vt aliàs est ostensum. Propriè autem Filius non dicitur accipere, sed dicitur accipere quatenus producit & propagatur à Patre, non quatenus accipiendo habet aliquid à Patre. In creaturis enim omnia sunt non per essentiam, sed habitu quodam perfecta, id est, habendo aliquid perficiuntur. Filius autem Dei cum suapte essentia sit perfectus, imò perfectio ipsa omnipotens, sequitur, vt increata sit ipsius essentia hypostasis, ac nullius perfectionis sit particeps, quatenus ipse nimirum ipsamet perfectio est, & omnipotens perfectio, vt per quam omnia sint condita. Falsum ergo est quod dicitur in hac Propositione, quod nimirum Filius sic accipiat à Patre, vt nimirum aliud sit ipse, & aliud sit perfectio vitæ ipsius, vt aliud est Angelus, aut homo, & aliud perfectio vitæ ipsorum. In his enim vt creaturis perfectio vitæ, est habitus quidam, & quoddam accidens. Non enim habent per essentiam vitam beatam æternam in semet ipsis, sed eam accipiunt à Deo per fruitionem. At Filius Dei

M ipsemet

Quid sit cum ipsamet esse vita aeterna, à vita Patris propagata (de semetipso  
 Pater aut Filius dicitur habere vitam in semetipso, enim dicit Filius, quòd sit via, veritas & vita) & non tanquam  
 accidentis cuiusdam, vita aeterna particeps. Nam ἀντιζών, id est,  
 ipsa vita, esse μεθενόν, id est, participabile ab alijs quiddam, non  
 autē ipsa est particeps vitæ, & μετέχουσα, i. participans cuiusdam  
 alterius viuificantis enorgiæ secundum accidens. Qua ratione,  
 ut pater habet vitam in semetipso, id est, seipso est perfectissima vita  
 nullius particeps secundum accidens vitæ, sic productus ab ipso Fi-  
 lius, vitam habet in semetipso, id est, essentialiter perfectissima  
 esse vita, & ἀντιζών, id est, ipsa vita viuificans omnia, & ipsa  
 nullius per accidens vitæ esse particeps. Quamobrem toto celo er-  
 rant Seruetiani, qui Filium Dei, ut creaturam quandam natam  
 ex Maria virgine, vitam accipere à Patre dicunt, quem tamen  
 scriptura dicat prærogatiuam hanc habere, qua principium ipse, &  
 in principio fuerit ante omnes creaturas, nullius perfectionis par-  
 ticeps, sed ipsamet perfectio existens, quod intelligi nequit, nisi ipse  
 Filius sit increatus. Sed respondent, Idea ipsius, & præscientia,  
 qua præscitus esse in Patre, ante omnes creaturas præfuit. Ab-  
 surdum sanè illud esse quod dicitur, si dicatur de Filio, hoc enim  
 modo propter præscientiam omnia fuerunt ab æterno, antequam  
 crearentur, & non tantum præfuit ipsius humanitatis Idea. At  
 Filius in Evangelio de semetipso loquens testatur, quòd ipse sit  
 ipsissima vita, & ἀντιζών. At ἀντιζών, seu ipsissima Vita, Sub-  
 stantia quadam & absolutæ essentia diuinæ pars esse, & non tan-  
 quam accidens aliquid in aliquo esse, quemadmodum Seruetiani  
 Ideam umbratilis cuiusdam Filij Mariae, (quem Vāsani illi præ-  
 scitū à Deo Christum appellant) tanquam vox quoddam imagi-  
 natione expressum in Patris mente præfuisse ab æterno dicunt.  
 Nam quod accidit, nequit ipsum per se esse, & Accidens ipsum ἀν-  
 τὶ ὄν, seu ὄντος ὄν, quiddam dicitur nequaquam, ut docent Philoso-  
 phi. Cum ergo (secundum Canonicam Ioannis) Filius Dei sit  
 V E.

VERVS DEVS, & sic quoq; IPSA VITA AETERNA,  
sequitur vt blasphemum & impium sit, quod hac Propositione vl-  
tima concluditur, nempe Christum & Filium Dei, habere origi-  
nem, vt quandam creaturam, nec esse ipsum verè & hypostaticè  
Deum aeternum, nec ipsum etiam esse vitam ipsam aeternam, sed  
participem vita aeternæ, quemadmodum nos participes sumus, quo-  
ne à Turcis quidem, aut Iudeis quicquam magis impium di-  
citur de Christo, & contra religionem nostram Deumq;  
magis blasphemum, minusq; ab Ecclesia  
Catholica Orthodoxa tolle-  
randum.

1825749